TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0856**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Documenti per la Storia del Friuli 949-1398

856

nali
Storia
riuli
1898

856

13

Fabrizio

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

lxc cviiic.
cccccccc
lxcx lxc
Dccc

949.

In Christi Nomine Amen.

Anno ab Incarnatione Domini 949. Mensis February Die xi. Ind. 4ª
Testibus infrascriptis presentibus.

Nouerint uniuersi hoc primum instrumentum inspecturi, quod Rdus Pater Dnus Ioannes miseratione diuina Episcopus Tergestinus, et D. N. N. Decanus, Canonici omnes, et Capitulum Ecclesię Tergestinę pro se ipsis, et Successoribus eorum nomine, ac pro utilitate dictę Ecclesię, Episcopatus, et Capituli, hinc inde dantes assensus ex una parte, et Dnus Petrus Bernardi infrascriptus Syndicus Procurator, et Massarius Communitatis, et Populi Ciuitatis Tergesti supra infrascriptis ex altera. Considerantes utilitatem, et statum dictę Ecclesię, Episcopatus, et Capituli, et pacem inter partes, et remouere scandala, et errores existentes inter Episcopum, Canonicos, Capitulum, et Ecclesiam ex una parte, et dictum Commune, et Populum ex altera, et cauere de futuro, ac damna, pericula, et mala occursa, et quę possunt occurrere posteris, et debita eorum, et dictę Ecclesię, in quibus sunt obligati, Danieli Dauid Iudęo de Goritia Tinctori Tergesti, ut patet Instrumentum publicum manu Ioannis Longi; et usuris occurrentibus eisdem, quę summa ascendit cum usuris usque ad Mensem presentem ad summam Marcharum quingentum decem, et septem cum dimidia. Quę pecunia uidelicet Marcharum quinque centum fuit expendita in guerra causa defensandi bona eorum, et dictę Ecclesię, quę gentes Dni Ducis Karintię, et etiam alij Pirates de Carsis, et rubbatores, quia ma

quo tempore ipsos, bona eorum, et Ecclesię destruxerunt, et destruunt annuatim, omnibus est manifestum de partibus

Itaque, quod ipsi, et bona Ecclesię, quę ad nihilum deuenere, et considerantes quod nisi ipsi Danieli David usque ad mensem Maij esse solutum de pactis, caderet causa fideiussoribus suis, ad penam dupli, et pensantes erroribus, et scandalis, quę fuerunt et uenere inter dictas partes pro infrascriptis Iuribus, quę Commune semper tenuerunt, eum Priuilegijs authenticis Romanorum Imperatorum, in quibus plena libertas eis concessa esse uidetur: et considerantes, quod ipsi, et Ecclesię, et bona eorum in proprium per Commune, et Populum dictę Ciuitatis melius quam pro alia parte poterit uardari, et defensari, et ex alijs iustis causis pluribus; diu, et diu, et pluries inter eos habito pensamento et in Capitulo, et extra pluries, deliberarunt pro meliori utilitate reportare, eum de infrascriptis iuribus nihil de reddatibus pertineat de his, quę possident, sed potius damna, et errores facere infrascripta: et sic ibidem ipsi Dñi Episcopus, Decanus, Canonici, et Capitulum iurauerunt Sacris Euangelijs, quod ea credebant bene, et utiliter facere, et esse expediens pro Ecclesia, ut dictum est supra.

Ipsi Dñi Episcopus, Canonici omnes hic presentes, et Capitulum eum cedendo, et faciendo infrascripta, et supraseripta pensamento prius habito: Reseruatis eis, et Ecclesię.

Primò Iurisdictione spirituali, Vineis, Campis, Pratis, Domibus, quę nunc habent in Ciuitate Tergesti, et eius districtu, uel imposterum poterunt habere, et etiam extra districtum.

Item Decimis secundū consuetudinē antiquā pagandis, saluis partibus quę habent, uel antea habuerunt in feudū.

Itē censibus feudorū, fundis, Villis eorū in districtu Tergesti, et extra Rusticis habentibus in illis, cū bonis suis, iuribus, et fructibus eorū pro se ipsis, et Successoribus eorū in perpetuū dederunt, tradiderunt, concesserunt, et uendiderunt, et renunciauerunt; et omni modo quo melius potuerunt, fecerunt, et dederunt Dño Petro Bernardi Ciui Ciuitatis Tergesti Procuratori, et Massario dictę Ciuitatis, Communis, et Populi, et Libertatē perpetuā, omnia iura eorū, et Priuilegia, et Iurisdictiones, Iustitias, Rationes, Authoritates, siquę habent, uel tenent; Instrumenta omnia siquę habent, in antea habere possent, quęcumque supra Ciuitatem Tergesti prędicti eius districtus in eodē, uel eadē in hominibus eorū, uel bonis in perpetuū, siuè ex Priuilegio Romanorū Regū Imperatorū, siuè a Domino Duce Carinthię, uel a Ducibus, siuè ab alijs quibuscumque, et omne id, et totū quod eis comuniter, uel per se pertinet, uel pertinere potest, saluis supradictis in dicta Ciuitate, eius districtu, hominibus, et bonis

Itē eā partē, quę eis pertinet, una cū dicto Commune in cudendo Monetā, Ita quod totalitèr pars eorū sit dicti Communis solius, et illā per se amodo facere possit, tradentes eidē Dño Petro Procuratori per manus eorū omnia Iura eorū, Instrumenta, Priuilegia, cū omni uirtute eorumdē, et uoluerunt quod illis rationibus perpetuò possint uti, ut ipsi potuissent, et ubicumque, et terrā quocumque.

Item promiserunt, et se obligarunt per se, suosque Successores in perpe
tuo, et voluerunt ex modo, quod siquo tempore per aliquod
Episcopum, vel aliud de Ecclesia predicta reciperetur no
mine dictę Ecclesię aliquod Privilegium, Instrumentum, vel
ius aliquod, tam ab Imperatoribus, Regibus, Ducibus, quam
alijs quibuscumque supra ipsam Civitatem cum districtu, vel
in ipsam, vel in bonis, vel in prejudicium, vel vituperium eo
rumdem, vel etiam pro honore, et utilitate Ecclesię, Civita
tis, et hominum, quod illa Privilegia, Instrumenta, et Iura
sint dicti Communis, et Civitatis, et pro ipsos sint supradic
ta, et cum supradictis. Et quod ille Episcopus, vel alius
qui obtinuerit, teneatur dare istud, et illa dicto Communi
ut sua dumodo Commune eidem satisfecerit de expensis
factis pro illis

Item ex pacto habito inter partes ipsi Dnus Episcopus, Cano
nici, et Capitulum se obligaverunt pro se, suosque Succes
sores quandocumque fuerint requisiti per dictum Commune
quod ire deberent ad Dnum Imperatorem, vel Duces pro im
petrando confirmationes dictorum Privilegiorum, Instrumen
torum primo habitorum, quod ipsi, vel alter eorum, expensis
Communis ibunt, et facient, et iuxta posse habere procu
rabunt, et quidquid obtinuerint in predictis nomine eorum,
vel Ecclesię ipsius sit, et debeant remanere. Constituen
tes, et facientes dictum Dnum Petrum Procuratorem etiam Ecclesię
pro in perpetuus in predictis, et quodlibet eorum Successorum
Dominosque, ut in rebus proprijs.

Item et promissū est, iuuare dictā Ciuitatē, Communē, et homines, et fauorē dare suo posse in quibuscumque requisitis.

Itē cassauerunt, et tollerunt omnes iniurias, et processus, factas, et latas contra Rectores, Consiliarios, Ciues, et Ciuitatē prędictā quamcumque de causa, et uoluerunt quod sint nulli ualoris; et hoc totū fecerunt, pro eo quod, quia dictus Dominus Petrus Procurator, nomine dicti Communis, Ciuitatis, et Populi in perpetuo eidē Domino Episcopo, Canonicis, et Capitulo ipsorū, nomine ipsorū, et Ecclesię recipientibus, ibidem dedit, et numerauit in denarijs Aquileiensibus Marchas quinque centū, quas ibidē in continenti dictus Dnus Episcopus, Decanus, Canonici, et Capitulū dicti Danieli Dauid Iudęo presenti, et recipienti, in solutionē dicti debiti dederunt: et soluerunt, et ipse Daniel Dauid easdē recepit, et eosdē de dicta summa quietauit, et absoluit ibidē.

Itē etiā dictus Dnus Petrus nomine dicti Communis, et Ciuitatis dedit, et concessit pro imperpetuo in Villis, et Rusticis, habitantibus in Villis istis, tā in districtu Tergesti, quā extra eisdē Dnis, Episcopo, Decano, Canonicis, et Capitulo; omnē iurisdictionē, iustitiā, et regalias, quā Communis usus habuit, et tenuit; saluis semper Communi Iurisdictione, et iustitia in prędictis, de homicidio, furto, robario, et membro manco, et saluo quod dicti Rustici debeant soluere angarias Communis, et per Commune impositas, et ire cū armis tempore belli gerendi, et quando mandabitur pro Commune, et cū animalibus, et curribus eorū laborare ad serui-

tum Communis.

Item dedit, et concessit eidem Mutam dicti Communis, et Civitatis Ianuę Riburgi ad honorem Dei, et Beatę Marię, et Sancti Iusti Martyris, et pro perpetua reparatione Ecclesię eorumdem exigendam à forensibus venientibus, vel exeuntibus cum Mercandarijs secundum instructionem, et formam consuetas, pro causa hucusque, et modo, alias

Item etiam pro ratione dictę Mutę ipsi Dnūs Episcopus, Canonici, Capitulum, et Ecclesias, in perpetuum oneras, quę Commune faciebat in reedificatione pontium, Mutarum, et aliarum rerum Civitatis cum lignaminibus.

Item promisit, et se obligavit in perpetuum dictos Dnōs Episcopum, Decanum, Canonicos, et Capitulum, et Ecclesiam; bona, et iura eorumdem à quibuscumque robatoribus, et malis hominibus, bona fide vardare, defendere, et manutenere pro suo posse.

Item cassavit omnes sententias, et condemnationes factas contra familiares, et Rusticos prędictorum, et Ecclesię, et in prędictis constituit eosdem, et Successores eorum, et Ecclesiam pro imperpetuo possessores, et Dominos, in rebus proprijs.

Quę omnia posita, et supraposita, et singula dicta facta, et scripta, promiserunt dictę partes pro se, suosque Successores, et hęredes in perpetuum hinc inde una pars alteri, se obligando firma, rata, stabilita fore, velle, et esse, et habere, et tenere, servare, et non contravenire, sub pęna mille Marcharum Argenti, et iurati solvendas per contrafacientem parti, quę servaverit, et illa pagata nihilominus firma sint supradicta, et pro prędictis omnibus, et singulis obligavit una pars alteri hinc

inde omnia bona Ecclesia, et Communis, sintque magis firma, utraq. pars ibidē tactis Evangelijs iuravit perseverare, perpetuo servare scripta. Et mandavit hoc presens Instrumentū eorū sigillo, in testimoniū veritatis sigillari. Facta fuerunt omnia predicta in Civitate Tergesti in Sala Domus Episcopalis, presentibus Dnō Joanne, et Bartholomeo Presbyteris in Ecclesia Sanctorū Martyrū de Tergesto, Petro Nigri, Antonio Margarite Notarijs, Nicolao de Stablis Notario Regio, Laurentio, Lazaro Apothechario, et Justo Mercatore Civibus Tergesti, et alijs quampluribus Testibus ad hoc vocatis, et rogatis.

Ego Joannes Epus predictus me ſ

Ego N. Decanus predictus pro me, et Caplo ſ

Ego Petrus Nigri Testis sumptus his omnibus interfui, et me ſ

Ego Antonius Margarita Notarius presens his omnibus interfui, et me ſ

Ego Nicolaus de Stablis Notarius sumptus his omnibus interfui, et me ſ

Ego Lazarus Apothecarius petitus presens fui, et me ſ

Ego Justus Mercator petitus presens fui, et me ſ.

Ego Joannes Filius q.m Mag.ri Bernardi Medici publicus Impli Auctoritate Notarius, et dicti Dni Epi, sumptis omnibus, et singulis, cū suprascriptis Testibus presens fui, vidi, et audivi, et ad petitionē partiū hoc instrumentū scripsi bis, et cuilibet parti dedi suū.

Anno numero, e nomi de Vescoui de quali habbiamo cognitione, estratti da diuersi Auttori, e d'alcune scritture antiche mi_sero auanzo della crudeltà de Barbari; essendo molti altri à noi ignoti, e nell' Obliuione sepolti.

Anni di Christo.

70 Giacinto

qui mancano diuersi

139 S. Primo Martire.

151 Martino.

qui pure mancano diuersi.

289 Sebastiano.

quiui pure mancano alcuni.

546. Frugifero.

569 Geminiano, che trasferì le Reliquie di 40. Martiri à Grado.

580 Seuero.

595 Firmino, ouero Firmio.

680 Gaudentio, dal qualequale l' Ab. Vghelio da principio al Catalogo de Vescoui di Trieste.

759 Giouanni I. di Trieste poi Patriarca di Grado.

766 Mauritio addimandato dal Sigonio Massimo.

788 Fortunato Triestino, trasferito poi al Patriarcato di Grado.

848 Giouanni II. à cui Lottario I. Imp. donò la Città di Trieste.

909 Taurino.

948 Giouanni III. qual uendè alla stessa Communità la Città di Trieste.

1015 Gio: Rodolfo.

1031 Aldogero.

1106 Herinicio.
1134 Dietmaro.
1141 Bernardo.
1151 Vuernardo addimandato anco Vascardo, Venerando, et Guarnando.
1187 Henrico I.
1180 Vuolfango, ouero Vuoscalco.
1200 Henrico II. Rapiccio Triestino
1204 Vuebaldo.
1206 Corado.
1230 Leonardo.
1234 Giuardo.
1236 Giouanni IV.
1237 Volrico, ouero Vlrico.
1247 Roderico.
1253 Olderico.
1255 Gueroerio.
1260 Leonardo II.
1262 Arlongo.
1282 Vluino.
1286 Brissa de Toppo.
1299 Giouanni V. Hungerspach.
1300 Henrico III.
1302 Rodolfo Pedrazano Cremonese.
1305 Rodolfo II. Morandino Emonese.
1324 Fr: Giorgio Aministratore Dominicano.
1328 Fr: Guglielmo Minorita
1331 Fr: Pace di Vendano Dominicano Milanese.
1342 Francesco Amerino Tirolese.
1347 Lodouico della Torre Milanese.
1350 Antonio de Nigri Venetiano trasferito all' Arciuescouato di Candia.

nando

1028 Exemplum autentici Dni Conradi Invictissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti . Actum Anno Dni Millesimo C. LXXXX.V. Sexto Die exeunte Novembri Ind.e XIII.a In Palatio Aquileg.

In Nomine Sancte et Individue Trinitatis Conradus Dei gratia Rom. Imperator Augustus . Ex nostro antecessorum constituto didicimus nostri esse iuris Sancte Matris Ecclesie res pro viribus augere et auctas pacificare . Quapropter volumus et optamus ut notum sit omnibus sancte Dei Ecclesie nostrisque fidelibus quomodo nos interventu nostre dilecte Iugalis Gisle et Heinrici Regis dilectissimi nostri filii nec non et Areboni Maguncienis Archiepiscopi et dilecti nostri Brunonis nepoti Cancelarii atque Adelberoni Ducis donamus atque nostra Imperiali potestate concedimus prout iuste et legaliter possumus Sancte Aquilegiensi Ecclesie et Poponi Patriarche qui ibidem Domino videtur deservire licentiam monetam publicam infra civitatem Aquilegie faciendi . Igitur denarios ipsius monete ex puro argento firmiter precipimus fieri , et Veronensis monete denariis equiparari nisi prenominatus Patriarcha sua spontanea voluntate velit meliorari . Habeantque licentiam omnes nostri Regni negociatores in qualibet venali merce ipsos denarios accipere si tamen fuerint simplices fabricate . Quod ut verius credatur et ab omnibus diligentius observetur hanc nostre concessionis paginam inde scriptam manu propria roborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri

Signum Conradi inuictissimi Romanorum imperatoris augusti



Bruno cancellarius sacri palacii uice arabonis archiepiscopi et archicancellarii recognoui data anno dominice incarnacionis Millesimo xx° octauo . Indic. xi. iii Id. Septembris anno chuonradi regnantis iiii° imperii uero secundo eiusdemque imperatoris filii heinrici regis anno primo actum ~~Imide~~ ~~limi~~ immides hirson (ouero immides hirson) feliciter

Dominus Vbaldus Aquilegensis Canonicus, Dominicus Diaconus, Hermannus Diaconus, Wodolricus Acolitus ad audiendum autenticum inuictissimi Domini Conradi Imperatoris et hoc eius exemplum interfuerunt, et huius rei rogati fuerunt testes

Ego Petrus imperialis Notarius ut uidi in autentico Domini Conradi inuictissimi Imperatoris ita transcripsi nil addens uel minuens, quod sententiam mutaret

1171

1. [illegible] Amen. Nos quidem Henricus

1171

In nomine Sancte et in[illegible] [illegible] Amen. Nos quidem Henricus Dei Gratia Sancte Aquileiensis Ecclesie Patriarcha, et Apostolice Sedis Legatus cunctis Christifidelibus tam futuris quam presentibus notum esse volumus qualiter aquam, que per villam nostram de Utino fluit, Ecclesie Sancti Stephani de Aquileia rogatu D. lecti Fratris nostri Dietrici eidem Ecclesie Prepositi ad Usum duarum Villarum predicte Ecclesie illius videlicet de Cussiniaco, et illius de Predamano perpetuo habendam et possidendam concessimus ita ut intra fines predictarum Villarum nulli omnino liceat in ea vel Molendina facere vel aliquod sibi ius vendicare sed tantum prefata Ecclesia eam ad Molendin[illegible] [illegible], et omne[m] usum [illegible] [illegible] predictarum Villarum libere habeat et [illegible] [illegible] [illegible] videat, eo videlicet tenore, ut homines de Cussiniaco sexaginta sextarios Annone illi quoque de Predamano sexaginta nobis et Successoribus nostris annuatim in Cellario de Utino persolvant. Homines quoque nostri de Utino prefatam aquam in alveo, in quo nunc iuxta lacum fluere cernitur usque ad fines predicte Ville de Cussiniaco conservare debent, postquam autem de finibus predictarum Villarum exierit liceat nobis, eam tenere, et dare cuicumque voluerimus, quod quidem, ut verius credatur, et inconvulsum in evum permaneat presentem paginam inde conscribi, et sigillo nostro corroborari fecimus. Huius autem rei rogati testes sunt Comes Volricus Pater noster Hartuicus et nepos eius iuvenis Hartuicus, Hennicus, et Ramvolphus fratres de Villa alta, Hainderius de Zelaco, Harnoldus de Bragacho, Valterus de Lusunaco, Mathias de Tiriano, Hennicus de Glemona, Herbordus de Berthenstane, et frater eius Ottacher, Varnerus de Virgen Sinedrus de Savorniano, Varnerus de Utino, Varaius de Sodia, Volricus de Predamano, et alij complures Inter quos fuere Volricus, et frater eius Sinedrus, et Alexius [illegible] Socker Varnerus

Actum est apud Civitatem in Curia Patriarchali feliciter anno ab Incarnatione Dni M.C.L.X.X.I. Indictione IIIJ. Quarto Nonas Maij

Ego Romulus Dni Patriarche Not. Mandato ipsius scripsi sigillavi, et dedi

1171

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Hennes

1171

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis Amen. Nos quidem Henricus Dei Gratia Sanctae Aquileiensis Ecclesiae Patriarcha, et apostolicae sedis legatus cunctis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse volumus qualiter aquam quae per villam nostram de Utino fluit, Ecclesiae S. Stephani de Aquileia rogatu dilecti fratris nostri Henrici eiusdem Ecclesiae praepositi ad usum duarum Villarum praedictae Ecclesiae, illius Vid. de Cussiniaco, et illius de Predamano perpetuo habendam, et possidendam concedimus ita ut intra fines praedictarum Villarum nulli omnino liceat in ea, vel Molendinum facere vel aliquid sibi ius vendicare sed tantum praefata Ecclesia eam ad Molendina facienda, et omnem usum et utilitatem praedictarum villarum libere habeat, et quiete possideat eo videlicet tenore ut homines de Cussiniaco sexaginta tertios annonae, illi quoque de Predamano sexaginta nobis et successoribus nostris annuatim in Claustro de Utino persolvant Homines quoque nostri de Utino praefatam aquam in alveo in quo nunc iuxta lacum fluere cernitur usque ad fines praedictae villae de Cussiniaco conservare debent, postquam autem de finibus praedictarum villarum exierit liceat nobis eam tenere et dare cuicumque voluerimus quod quidem ut ratum undique et inconvulsum in aeternum permaneat presentem paginam inde conscribi et sigillo nostro corroborari fecimus Huius autem rei rogati testes sunt

Comes Vlvardus Pater noster Hartvicus et nepos eius iuvenis Hartvicus, Hendricus et Rampfolphus fratres de Villa alta Heindericus de Zelaco Karudolus de Brazacko Valterus de Cussiniaco Mattias de Titiano Henricus de Flemona Herbordus de Ravchenstaine et frater eius Ottacker Varnerus de Virgen Siuardus de Savorgnano Varnerus de Utino Varnerius de Todii Volricus de Predamano et alij complures Pater quos frater Volricus et frater eius Suidrus et Alexius de Socleto Varnerus.

Actum est apud Sti ... in curia Patriarchali feliciter anno ab incarnatione Dni M C. L X X I. Ind. IIII Quarto No: Maij

Ego Romulus S. Patriarchae Notarius mandato ipsius scripsi sigillavi et dedi.

In Archivo Capitulari.

Sacculo LVI. num. 81.

In Noie Sancte, et Individue Trinitatis amen. Anno ab Incarnatione Dni Nri Iesu Christi M.o C.o L XXXXI.o Anno vero Pontificatus Dni Gotofridi Patriarche nono. Pelegrino preposito, et Bertoldo Decano Civitatensem Ecclesiam feliciter gubernantib. convenit Clerus et populus Civitatensis ante valvas Sancti Donati. Collaudantes, et compromittentes collationem ad fabricam Civitatensis Ecce. secundum quod Spiritus Sanctus unicuiq. inspiravet se esse factores. Huic itaq. compromissioni Don. Pelegrinus. Aquileg. Ecclesie Archidiaconus, atque Vicedecanus. primus omnium marcam obtulit. quam sibi Dnus in presenti et futura vita per misericordiam suam milleno fructu recompensare . . . . ut cuncta bona, que prefate Ecclesie conferre exoptat. secundum quod corde gessit. effectui mandari valeat . . . .
largiri dignetur. omnibus quoq. eidem necessario operi amminiculum conferentibs partem orationum. vigiliar. et elemosinarum, omniumq. bonorum, que sibi Dno afferenda sunt et vitam perhennem largiatur. qui vivit, et regnat in secula seculorum. Dnus Ioannes de portis. IIII. libras. Muschitta IIII. Denarios Vv. Odoalgus miles IIII. den. Albo de Ponte. IIII. den. Rubertus Gastaldio. IIII. den. Hermanus filius Renonis

IIII. den. Michina. II. den. Ruevardus. I. den. Albi
I. den. Lilianus. I. den Leonardus I. den. Egidius I. den.
Wodolricus de Pradio I. den. Eliseus I. den. Renho I. den
Andreas I. den. Dnus Pertoldus decanus quadringentas
regulas XX. mih, et XXIIII. den. sequuntur alia
plurima nomina circiter quingenta 500.

1197

Celestinus Episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Conrado Mosacensi Abbati Salutem, et apostolicam benedictionem. Ad ecclesiastici decoris augmentum reperta sunt insignia dignitatum. que sacrosancta Romana ecclesia congrue in singulos liberalitate distribuit. et devotis filijs prout dignum judicat suscipienda pariter et optinenda concedit. Eapropter dilecte in domino fili. precibus dilecti filij. Henrici Prepositi sancti Felicis Aquilejensis inducti. usum Mitre tibi tuisque successoribus de benignitate sedis apostolice indulgemus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc indulgentie nostre paginam infringere. vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani. V. Idus Martij Pontificatus nostri Anno Sexto:-

Ex Autographo in membrana, ex qua sigillum plumbeum pendebat, in cujus una parte impressa erant capita Sanctorum Petri, et Pauli, in altera legebatur: Celestinus PP. III.

ō

re certa
ecclesia
filiis
ıdā
ti
eti
e suas
mino
stringere
emptā-
catorum
n.
anno

Signo di Pietro di Meldi not.°

Celestinus episcopus servus servorum dei dilecto filio Conrado Mosacensi abbati salutem et apostolicam benedictionem. Ad ecclesiastici decoris augmentum reperta sunt insignia dignitatum que sacrosancta Romana ecclesia congrua in singulos liberalitate distribuit et devotis filiis prout dignum iudicat suscipienda pariter et optinenda concedit. Eapropter dilecte in domino fili precibus dilecti filij Henrici Prepositi sancti Felicis Aquilejensis inducti usum mitre tibi tuisque successoribus de benignitate sedis apostolice indulgemus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc indulgentie nostre paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani V. idus Martij Pontificatus nostri anno sexto:

1231.

Maestro di scuola.

Anno Domini M. CC. XXXI. Indictione IIII. die Martis Actum Aquilegie in majori Ecclesia ante Altare sancte Marie . XI. die intrante Novembri, In presentia dñi Philippi senioris. Dñi Wittimari Aquilegen. Ecclesie thesaurarij. Conradi Swevii. Leonardi vicedomini canonicorum Aquilegen. . Martini sacerdotis canonici Aquilegen. dñi Johannis Plebani majoris Ecclesie . Ottonis senesalgi canonicorum Aquilegen. . Willmi magistri scolarum . Henrici, et Syrij clericorum. et aliorum. Dñus Odolricus Aquilegen. Ecclesie majoris canonicus pro se suisque filijs, et filiabus, et successoribus. possessionem suam de proprio allodio sitam in Aquilegia que quondam fuit dñi Aliotti militis; et quam a dña Guotta, et Engesalco coniugatis per proprium emit allodium, ut in publico instrumento per me Andrea Not. Imperatoris continetur, eandem possessionem integraliter ut in dicto instrumento continetur ipsi dño Odolrico prefato cum introitu, et exitu, ac apendicijs omnique iure, et actioni eidem pertinente a celo usque ad habissum ecclesie Sancte Marie majori Aquilegen. et Capitulo Aquilegen. ad proprium, et per proprium allodium perpetualiter investivit in agendo perpetualiter annuatim. anniversarium jamdicti dñi Odolrici post obitum ejus. preterea iamdictam eandem possessionem proprietatis Capitulum eidem dño Odolrico contulerint gaudendum in vita sua tantum pro censu . XII. denariorum Aquilegen. annuatim in festo sancti Martini reddendo eidem Capitulo, aut eorum certo nuncio, et liceat de cetero nominato Capitulo, et Ecclesie prefate de jamdicta ~~proprietate~~ possessione proprietatis liberaliter agere quicquid velint, ad eorum commoditatem, et utilitatem pertinentem. Insuper jamdictus dñus Odolricus jamdictam proprietatem integraliter eidem Capitulo, et Ecclesie prefate promisit ab omni homine in jure legitime Warentare, et defensare suis proprijs expensis una cum melioratione dicte proprietatis, si quod pro tempore inventum fuerit fore melioratum sub pena . X. librarum puri,

et obtimi auri, rato manente integraliter que superius leguntur. Ad hec autem dedit prefatum Ottonem senescalcum nuncium qui poneret jamdictum Capitulum, et Ecclesiam in tenutam, et corporalem posessionem jure proprietario prefate posessionis: ibidem ad instantiam, et precum jam dicti dñi Odolrici jamdictum Capitulum per dnũm Philippum seniorem canonicum Aquilegen jamdictam integraliter posessionem cum omnibus suis apendicijs Dominico nepoti suo, et Johanni puero prefati Odolrici suisque heredibus ad censum Aquilegen investivit cum omni jure Aquilegen census annuatim solvendi in anniversario prefati Odolrici post Obitum ejus unam Marcam Aquilegen monete ita quod dicta marca dividatur inter canonicos cuilibet dando. iiij. denarios Aquilegen monete, et si aliquid de ipsis denarijs restiterint dividantur pro anima ejus inter pauperes sacerdotes et clericos. Inde etiam quod dictum Capitulum prefato Dominico, et Johanni puero pretaxato, suisque heredibus dictam integraliter posessionem promisit ab omni homine in jure Warentare, et defensare suis proprijs expensis una cum meliorationе dicte posessionis si quod pro tempore inventum fuerit fore melioratum, sub. V. libris puri auri rata manente investitura. Ibidem dictum Capitulum Ottonem senescalcum eorum dedit nuntium qui prefatum Dominicum, et Johannem puerum sepe dictum poneret in corporalem tenutam prefate posessionis.

Ego Andreas Imperialis aule Not. interfui, et vogatus in hanc carta fideliter scripsi, et corroboravi.

Ex Autographo asservato in Archivo Capituli Utinen.

ius
iene.
, et
are
am,
ulum
nem,
uis
cessati
uve
sol.
ejus
navi
lena
vijs
lve
itu:
, su
omi
ave
rse
nelis
estr:
um
et
llem

in

ivo

sl.
F.
Ri
v
[illegible]
ulti
l
im
ipe
ne
ye
ecigi
am
reli
vue
de
et
di
Lati
onem
[illegible]
ri nun
nego
, et
pre
ilea
pro
num
gem

ali.
.G.
,Ai
ro
Slavono
G.
multi
l
dem
ipso=
rii
xpi
scrips
cam
l
mele.
rivit
de
et
iudi-
Patri.
onem
Iva
num
nego.
ri, ce
ple
lidin
a pro.
neum
regem

ial.
.G.
, Ai
ro
G.
nulti
dm
ipu=
nea
xat.
renqui
cam
[illegible]
rrele.
rruo
i de
, et
udi:
Baon=
onem
un
ri nun
nego-
d, et
pie
idem
pro!
num
iqen

Nos B. (Bertoldus) Dei gratia Sancte Aquilegensis Sedis Patriarcha. Annotatione presentium notum esse volumus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis quod cum pro negotijs universalis Ecclesie atque nostre existamus in magno necessitatis articulo constituti et pro solvendis militibus, et alijs necessitatibus pecunia plurimum indigeremus, Abbatisse Civitatensi, et ejus Conventui tres mansos in Villa de Sdreina vendidimus pro quadraginta quatuor Marchis Aquilegensis monete, qui mansi debent solvere duas Marchas et dimidiam ad usum Curie, quas confitemur esse conversas in utilitatem ejusdem universalis Ecclesie atque nostre. unus quorum mansorum regitur per Marinum. alter per Sdechnam. tertius vero per Marinum, quos mansos pro predicta pecunia, que eidem loco oblata erat pro emenda proprietate. dicto Monasterio vendidimus cum omni jure, quo ipsos mansos habebamus nichil nobis vel officialibus nostris juris ulterius reservantes in eis preter judicium sanguinis. Quam venditionem fecimus cum consensu nostri Capituli Aquilegensis. Promittentes per nos et Successores nostros supradicto Monasterio dictos mansos manutenere et defendere in jure. sub pena dupli minus quinque solidis valentie sepedictorum mansorum.

Actum in Ecclesia ejusdem Monasterij in presentia Magistri Bertoldi de Fagedis. Iacobi de Orzono. Arturici de Utino. Iohannis Arponis. Iacobi notarij et aliorum. Et ut predictus contractus robur habeat perpetue firmitatis presentem paginam sigillorum nostri et Capituli Aquilegensis munimine fecimus roborari.

Ego Conradus Imperiali auctoritate notarius interfui, et rogatus scripsi sub Anno Dni. M.CC.L. Indictione VIII.

Locus Sigilli Dni Patriarche

Locus Sigilli Capituli Aquilegen.

Ex Archivo Monialium Monasterij Majoris Civitatis, ubi servatur Autographum in Capsula XVII. extraxit Io: Dominicus Guerra Canonicus Civitaten. mihique exemplum tradidit.

1260

M. CC°. LX°. tertie Indictionis apud Civitatem in Palatio Patriarchali
die V°. exeunte Junio. Presentibus Dño Al. Ceneten electo Dñi G.
Patriarche Aquilegen Vicedomino, et Dño I. Archidiacono Aquile-
gen, I. Sancti Stephani Aquilegen, et Berengero sancti Udalrici, Ri-
coldo Concordien Prepositis, Cadubrino Decano Civitaten, Warnero
de Cucanea Canonico Aquilegen, et magistro Nicolao de Lupico Urbino
de Latisana Dñi Pape scriptore, testibus et alijs multis. Venerabilis Pater Dñus G.
Dei gratia sancte aquilegensis sedis Patriarcha Iurii existendo ubi erant multi
prelati liberi, et Ministeriales, et alij proposuit coram eis, quod
placuerat ipsis dari sibi plenum arbitrium, et liberam potestatem
recipiendi Dños de Prata ad gratiam suam, et faciendi, et dispo-
nendi, ac ordinandi de ipsorum negotio plus, et minus per omnia
iuxta sue beneplacitum voluntatis, et sibi videretur melius expe-
dire, sicut in quodam Instro publico confecto manu mei infrascripti
Not. continetur; Unde petijt per laudum sue Curie indicari postquam
datum erat sibi plenum arbitrium, et libera potestas faciendi, ordi-
nandi, et disponendi de negotio predictorum Dñorum de Prata prout
sibi placeret, et videretur melius expedire, si posset ipsos Dños de
Prata recipere ad gratiam suam ~~et a primo banno~~ et absolvere, et
extrahere ipsos a primo banno, et secundo in quibus, eos supposuerat cum iudi-
camento curie sue et quid curia videt ei de. Et eodem Dño Patri-
archa querente iudicatum, et sententiatum fuit per Dñum Cononem
de Murutio, quod postquam datum erat plenum arbitrium, et libera
potestas eidem Dño Patriarche in plena sua Curia per Prelatos nun-
tios Comunium, liberos, et ministeriales, et alios super eorum nego-
tio, quod bene posset eos recipere ad gratiam suam absolvere, et
extrahere ipsos de bannis predictis. Sed si non haberet inde ple-
num arbitrium, et liberam potestatem illud facere non posset.
Cuius sententia fuit per Dños Al. electum Ceneten, I. Archidia-
conum Aquilegen, I. prepositum sancti Stephani, Berengerum pre-
positum S. Udalrici, Ricoldum prepositum Concordien, Cadubrinum
Decanum Civitaten, Warnerium de Cucanea Canonicum Aquilegen

Arnicum de Porcilleis, Johannem de Cucanea, Clizoium de Melo Bernardum de Zucula Warnerum de Pinas, Pezmannum de Regonea, ~~Federicum~~ [Fredericum] de Pinzano, Fredericum Castaldionem de Virino . . . . Martinum . . . . Curiam approbata et incontinenti memoratus Dnus Patriarcha tum auctoritate sua et tum auctoritate sibi tradita per predictos prelatos nuncios Comunium, et liberos, et Ministeriales, et alios de terra, et tum etiam auctoritate laudi seu iudicamenti predicti recepit predictos dnos de Prata ad gratiam suam, et absoluit et exemit Dnum Wecelonem et filios, et dictum Dominicum de masnada, et habitatores eorum liberos a bannis predictis quibus tenebantur astricti, et restituens eos in statu in quo primo erant remisit eis omnes offensas, et iniurias illatas sibi et Ecclesie Aquilegen. saluis datis quibuslibet sibi et pace Aquilegen. Ecclesie factis per dictos Dnos de Prata que uoluit et dixit esse rata et firma, et fecit predictos Dnos per Cridatorem seu preconem clamari absolutos a bannis predictis. Ego Johannes de Lupico sacri Imperij publicus Not.s ~~rogatus~~ [supradictis] predictis interfui, et ~~[illegible]~~ [rogatus] ~~scripsi in formam~~ publicam reducendo.

M. CC. LX tertia Indictionis apud Civitatem in Palatio Patriarchali die viij.° exeunte mensis Junij presentibus Dnis Al: Ceneten. electo Dni. G. Patriarche Aquilegen. Vicedno Al: Sextens., S. Rosacen. et Ver. Belliniln. Abbatibus S. Sancti Stephani Ber. Sancti Felicis Aquilegen., et Berengero Sancti Wolrici ~~preposito~~ Richoldo Concordien. Preposito, testibus et alijs multis. Cum Ven.s Pater Dnus Gregorius Dei gratia sancte Aquilegen. sedis Patriarcha vocatis ad sui presentiam Prelatis Comunibus Civitatum, liberis, et Ministerialibus terre Fori Iulij, et specialiter super facto illorum de Prata proposuisset coram eis, quod ipsi Dni de Prata volebant venire ad gratiam suam dando sibi ~~locum et~~ Castrum et Locum Sancti Steni à Villa Carboloni, et ab hinc usque ad Mare, et Turrim et Latisanam cum pertinentijs et finibus eorumdem, et sex millia librarum Venetorum parvorum, quod ipsi sibi consulerent quid super hoc videbatur eisdem, et ab universis et singulis Prelatis, et nuncijs Comunium, et liberis, et ministerialibus, qui ibidem aderant excepto Dno Bernardo de Zuccula, qui consuluit, quod nisi plus darent non reciperentur; consultum fuit ipsi Dno Patriarche quod dictos Dnos de Prata iuxta predictam oblationem eorum ipsos reciperet ad gratiam suam, et negotium eorum totaliter reciperet in se, et haberet plenam fortiam tamquam Dnus ordinandi faciendi et disponendi super facto illorum de Prata prout sibi melius videretur et esset de sue beneplaciti voluntatis: Unde facto partito per ipsum Dnum Patriarcham, ut omnes qui volebant quod ipse dictos Dnos de Prata reciperet secundum, quod superius continetur, et ordinaret faceret, et disponeret de eodem negotio secundum quod ei videretur recipiendo super se predictum negotium ad sue voluntatis beneplacitum terminandum, et diffiniendum sederent, et qui nollent erecti stare deberent. Tunc omnes nullo propensius erecto stante vel contradicente dederunt eidem Dno Patriarche plenum arbitrium et liberam potestatem recipiendi dictos Dnos de Prata ad gratiam suam secundum quod superius est expressum; et plus et minus per omnia iuxta ipsius Dni Patriarche beneplacitum voluntatis faciendo, ordinando, et disponendo super ipsorum negotio prout sibi placeret et sibi videretur melius expediri

Millesimo CC.LX° tertie indictionis apud Utinum in Palatio Patriarche in plena Curia die V° exeunte mensis Iunii presentibus.

Testes Dni Leo Cumanus, et M. Cenetens. Electi, S. Archidiaconus Aquilegen. Sancti Stephani Aquilegen, et Beringerus Sancti Wolrici prepositus Richardus vicarius Concordien, Warnerus de Cucanea Canonicus Aquilegen et magister Nicolaus in iudicio Dni Pape scriptor et Articus de Porcil eis. C. de Murucio. T. . . . . C. de Mels. F. de Pinzano Petrus de Attems, Pezmanus de Ragonia; Guarnerum de Portis, et Andream de Caruuo F. de Colmalisio Castaldione Utini Iohannes de Ruuinaco Castaldione Civitatis, et Henrico Iancor de . . . testibus et alijs multis.

Dni Gabriel, et Guecelletus de Prata constituti procuratores ad hoc per Dnum Wezelonem patrem eorum sicut apparebat per quoddam Instrumentum publicum factum sub anno Dni M° CC° LX. Indictione tertia die XV° exeunte Iunio apud Pratum in Camino dicti Dni Wezelonis per manum Viviani not. à me infrascto not. visum et lectum nomine dicti Dni Wezelonis patris eorum, ac etiam nomine suo, propter graves offensas, et enormes iniurias illatas Ven: Patri Dno G. Patriarche et Ecclesie Aquilegen, ac toti terre Foriiulii per ipsos dnos de Prata et suos in Ezelino de Romano Ecclesie Romane, ac Aquilegen Ecclesie a . . . aui infidelibus ipsius Dni Patriarche, et dicte Aquilegen Ecclesie sibi contra honorem ipsorum, et statum totius Terre dampnabiliter adherendo ut gratiam eiusdem Dni Patriarche possint, quam perdiderant adipisci, fecerunt cessionem, concessionem, donationem et datam libere, mere, pure ac absolute eidem Dno G. Patriarche Aquilegen in manibus eius recipienti pro se suo nomine, et successorum suorum, et Ecclesie Aquilegen de Castro, et Villa Sancti Stini à Villa Carbolini et abinde inferius usque ad Mare, et de omnibus Villis, possessionibus, terris cultis, et incultis, campis, pratis, decimis, pascuis, silvis, venationibus, piscationibus, iurisdictionibus, advocatijs, Molendinis, Paludibus, aquis, aquarumque ductibus, et universis ac singulis alijs iuribus quocumque

modo

modo pertinentibus ad eos. et homines eorum de Masnada in Castro.
. . . . et eorum pertinentiis et adiacentiis ex utraque par-
te fluminis Liquentie. Fec . . . . iure reali, et perso-
nali predictis omnibus, et sibi pro eis pertinentibus donationem et
datam ~~subinam~~ similes de possessionibus Villis terris cu . . .
campis, pratis, decimis, pascuis, silvis, venationibus, piscationibus, salu-
dibus iurisdictionibus . . . . . . et universis, et singulis aliis iuribus
que tam dictus pater eorum, vel ipsi, et eorum homines de Masnada
habent vel visi sunt, aut videntur habere in locis, aut Villis Turris
et Latisane quocumque modo, ad eos per dictos homines eorum
in locis aut Villis eisdem pertinentibus dantes proprium pro pro-
prio, et feudum pro feudo, et promittentes nihilominus cessionem
concessionem, donationem et datam huiusmodi firmas et ratas habere
et tenere, et nullo unquam tempore contravenire aliqua occasione,
vel causa, easque manutenere defendere, et conservare in iure prefato
Dno Patriarche successoribus suis, et Ecclesie Aquilegen contra omnem
hominem, et personam, promiserunt insuper quodcumque dictus Pater, et homines
eorum de Masnada de Castris, locis, villis, et bonis predictis habent
vel habere videntur in feudum investire quemlibet unum-
que, et quibuscumque voluerit, et ordinaverit idem Dnus Patriarcha
et resignare libere, et absolute omnia de predictis castris villis . . .
et bonis, que supradictus Pater, et dicti Procuratores, aut homines
eorum de Masnada habent, vel habere videntur in Feudum, Dno
vel Dnis a quo vel quibus feuda ipsa habent, vel habuisse vi-
dentur, promittentes sub obligatione omnium bonorum suorum mobi-
lium, et immobilium omnia et singula supradicta, et quodlibet
eorum attendere, et observare perpetuo, et defendere, et guarenta-
re contra omnem hominem, et personam in iure per se suosque
heredes sub pena dupli secundum quod predicta omnia nunc
valent, vel aliquo tempore fuerint meliorata. Salvo quod si aliqua
de predictis per bone memorie Dnum B. patriarcham, vel
per supradictum Dnum G. Patriarcham Aquilegen olim aliquibus

contenta fuerint sive data defendere, aut guarentare nullo modo teneantur. Et dederunt eidem Dño Patriarchę nuncium seu ad Dñum Petrum de Attems, ut eum vel nuncium eius in tenutam prędictorum induceret corporalem.

Ex eodem Clarissimo Codice quod Ill.mo quidem terrarum Bellonus in suis Memorialibus, ut patet ex subscripta annotatione

Thesauri Aquilejæ pag: 123. t.°
Gabriel et Wecellettus de Prata Procuratores Weceloni eorum Patris, propter graves offensas, et enormes iniurias illatas Dño Patriarchę Gregorio, et Aquilejen Ecclesię et toti Terrę Forijulij se submiserunt Patriarchatui anno. 1260.

Ex Tomo III Memorialium Antonij Belloni Pag. 136.

In libro. I. in Notis q. Iohannis de Lupico.

An. 1260. 5. exeunte Iunio. Continetur qualiter Dñi de Prata se submiserunt Patriarchatui Aquilejensi, et D. Gregorio Patriarchę cum Castro, et loco S. Steni, et Villa Carboloni ab montibus usque ad mare, et Turri Latisane cum pertinentijs, ac iuribus eorumdem. Et cetera continentur in quodam Folio semi quasi rupto, et vetustissimo, et patet quodam Instro de hoc loquente manu q. Viviani Notarij in 1260. die. 15. exeunte Iunio. Actum apud Pratam; Videlicet de comissione facta per Dños de Prata in Filios sic ad se submittendum. In quibus Instrumentis fit mentio de q.m Ezelino de Romano, Ecclesia Romana et Aquilejensi

1267

In Christi Nomine Amen

Anno Nativitatis eiusdem millesimo ducentesimo sexagesimo septimo

Cum Dominus Henricus de Villalta quereret a Venerabili Patre Domino Gregorio D. G. Electo Aquileiensi ut iudicare faceret per sacramentum Curiæ suæ quod iuris esset si aliquis qui non esset de natura militiæ neque patrem, neque per avum, neque per bisavum, et perveniret ad honorem militiæ propter divitias suas, vel aliter, si posset habere manum feudi, et heredes illius possent hereditare feudum. Et querente ipso Domino Aquileiensi Electo iudicatum fuit per Dominum Henricum de Villalta quod si ille qui acceperit militiam non contradictum fuerit per aliquam partem, vel per Dominum Curiæ tempore receptionis suæ militiæ quod deberet uti honore militiæ, et hereditare feudum ipse, et heredes sui.

Ex altera parte iudicatum fuit per D. Cunone de Mucunsis quod si cum voluntate Domini Curiæ acceperit militiam debeat ipse, et heredes eius habere manum cuiusque feudi, et uti honore militiæ. Sin autem non posset habere manum feudi nisi vivente illo de cuius manu feudum recepit, neque uti honore militari ipse, vel heredes eius, cuius Domini Cunonis sententia fuit a maiori parte Curiæ approbata

Et ego Joannes q. D. Dominici de Susanna de Utino Publ. Imp. auct. Not. prout in registro, et libro vocato Thesauri claritas per quondam Genitorem meum ad perpetuam memoriam de iuris, et privilegijs Aquileiensibus compilato, inueni, nil addendo, uel minuendo quod sensum mutet, aut intellectum uariet de mand. Mag.ci et Exc.mi Viri D. Vitalis Miani pro Ser.mo Duc. Dom. Ven. Sntl. Q.J.S. Cum.d iudicialiter mihi facto, premissa omnia scripsi, et in hanc formam publicam redegi meis hic signo, et nomine appositis consuetis in fidem, et testimonium omnium, et singulorum premissorum.

Ex alio consimili authent. exemplo existente penes Ill.mos DD. D. Petrum Antonium, et fratres ex Dominis Maniaci sententiis premissa Jo. Ant.s Selmi V. A. Not. Maniacij: Canc. Fidelis est. et apposito signo de more se subscripsit.

L. S.

Die in Januarij 1703.

1278 Statutum editum per Dnum R. Patham Aquileg. in Ecclia Sancti Vorlici Vtinen:

De Rubeis col: 769.

In Nomine Xpi Amen. Año à Natiuitate eiusdem M.° CC.° LXXVIII. vi Ind.e Apud Vtinu in Casatuii Dni Pathe. Die tercio intrante Febrario. Presentibus Fratre Humili Ordinis Fratrum Minorum, et Magistro Martino de Crema Plebano Plebis de Flambrio. Dni R. Dei Gra Pathe Aquileg. Capellanis, Dno Lippo Canon. Mercatore Florentin. Rolando de Sancto Angelo Ostiario et Burla de Mediolan Familiaribus d.i Dni Pathe Testib. ad hoc vocatis et rogatis et alijs.

Reud.us Pater et Dnus Raymundus Dei gra S. Aquileg. Sedis Patha diligenter intendens ad statum augmentum et decus Ecclie S.i Volrici de Vtin. volensq: qd Canonici eiusdem Ecclie Domos habeant in quibus valeant habitare sicud in alijs Eccliis habentibus Capitula, fieri ordinauit presentib. et consentientibus Dnis Naticlero Custode Leone pbro, Henrutto de Ilens, Matheo de Carate et Frasino de Mediolano per se ipsorum noie et noie aliorum Canonicorum d.e Ecclie absentium, statuit ac ordinauit et precepit inuiolabiliter obseruari quod medietas redditium oium pred.e Ecclie S.ti Vorlici quocumq: noie censeantur siue spectent ad Dnum Archidiaconum Aquileg. siue ad predictos Canonicos. poni debeant in sequestro. conseruanda per duos ex Canonicis memorate Ecclie de quibus prefati Canonici inter se contenti fuerint et concordes et conuertenda per eosdem duos Canonicos in comparanda terra iuxta illam terram quam habent ipsi Canonici prope d.m Ecclam S.i Vorlici. ac construi faciendo Domos iuxta consilium predicti Dni Pathe et Canonicorum, in quibus ijdem Canonici comode valeant habitare. Ita tamen quod pred.ti duo Canonici de ipsis redditibus coram dictis Dno Patha et Canonicis quandocumq: requisiti fuerint debeant integre ponere racionem. Statuto huiusmodi usq: ad consumationem dictarum Domorum nichilominus firmo et inuiolabiliter perdurante. Item idem Dnus Patha presentibus et consentientibus suprad.is Canonicis pro se et alijs Canonicis absentib. statuit et precepit perpetuo in pred.a Ecclia S.i Volrici inuiolabiliter obseruari. qd cotidiane oblationes eiusdem Ecclia inter Canonicos ipsius Ecclie qui die oblationum in eadem Ecclia presentes fuerint. equanimiter compartiri debeant atq: dari. Ita tamen qd Custos qui nunc est et qui pro tempore fuerit in eadem Ecclia tamquam maior et pocior inter dictos Canonicos semper cum presens fuerit de huiusmodi oblationibus quantum duo ex Canonicis

qui pre=

qui presentes fuerint percipere debeat et habere. Et quod predicti omnes et
singuli Canonici prefate Ecclesie S. Volvici dicto Custodi qui nunc est et qui
pro tempore fuerit in eadem Ecclesia obedire debeant in licitis et honestis.
Quodque idem Custos ad tractatus eiusdem Ecclesie utiles predictorum Canoni=
=corum qui eisdem tractatibus comode potuerint interesse consilium et
assensum requirere debeat et habere. Et si forsan dictus Custos uel aliquis
ex predictis Canonicis infirmus existens in Terra Utini presens fuerit,
suam de predictis oblationibus nichilominus sicut unus ex aliis Canonicis
presentibus suam habere debeat portionem prout superius est expres=
sum. Qui extra Terram predictam Utini fuerit nichil omnino percipiat ex
eisdem. In cuius Rei testimonium prefatus Dnus Raymundus Patha
instrumentum presens fecit sui sigilli pendentis munimine roborari.

Ego Johes de [illegible] sacri Imperii publicus Notarius his presens interfui
et rogatus scripsi in formam publicam reducendo.

[illegible]

[illegible]

Eo tempore felicitatis idoneae usque amarae quoddam humanis intercedit semper negotiis maximo detrimentum superinduxit Vicecomitibus Mediolanense dominium finibus suis [illegible] occupantibus: Quos cum Raymundus restituere vellet collecto ingenti exercitu [illegible] atque Venetis qui [illegible] in agrum Mediolanensem profectus est. Quibus obviam Vicecomites facti cum Mediolanensibus [illegible] apud Gorgonzolam et Vap[illegible] [illegible] marte contenderunt, donec superveniente novo militum auxilio Raymundus mille et quingentis ex suis desideratis superatus est. Reversusque Utinum [illegible] omnem fere Populum lacrimis effusum offendit in solatium [illegible] Utinensi Reipublicae confestim vectigalia omnia Civitatis ut essent patriae ornamenta belli subsidia concessit. Puteos quinque magnifica [illegible] quinquaginta altitudine [illegible] ad urbis commodum necessitate [illegible] instauravit. Inde etiam [illegible] gelidissimae salubresque aquae hauriuntur. Tulmetinum deinde oppidum sane frequens in montanis [illegible] moenibus cinxit. In Gratiam Civitatensium Zuchulam Spilimbergensium arcem iuxta civitatem Austriam solo aequavit. Monasteria duo Divi Francisci unum Utini, in Civitate Austriae magnificentissime extruxit. Fulcherio Zuchulae Spilimbergica familia Epo Concordiensi ordinis eius templum alterum in Portugruario amplis [illegible] ditatum erigente, et cum per quinque et viginti annos Forojulium rexisset, iam gravis senio e vivis recessit Anno Christi ducentesimo nonagesimo octavo supra millesimum. Quo tempore [illegible] Foroiuliensis sanctitate insignis multis miraculis decedens apud [illegible] floruit.

In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate eius Millo ducentesimo octuagesimo quarto
duodecima Indictione apud Aquilegiam in novo Palatio Patriarchali, die sabbati nono
exeunte decembri. Presentibus domino Philippo preposito ecclesie sancti Stephani Aquilegensis
Magistro Pelegrino Archidiacono Cividatensi, et dominis Petro de Pinna Archidiacono Carniole Magistro Simeone
Plebano Plebis de Buia, Guidone Plebano Plebis de Gemona, et Constantino habita-
tore Castri de Venzono Testibus ad hoc vocatis, et rogatis, et aliis quam pluribus.
Frater Religiosus Fr. Martinus de Maltinitis Paduanus ordinis Fratrum Minorum de Terra ...
Iulii. Reverendo Patri et Domino Raymundo Dei gratia Sancte Aquilegensis Sedis Patriarche ex
parte Reverendi Patris et domini B. Dei gratia Portuensis Episcopi, Apostolice Sedis legati quasdam
litteras sigillo ipsius domini Legati non viciatas, non cancellatas nec in aliqua parte abolitas
presentavit, quarum tenor de verbo ad verbum noscitur esse talis. Venerabili in Christo Patri
Patriarche Aquilegensi B. miseratione divina Portuensis Episcopus Apostolice Sedis Legatus
salutem, et sinceram in Domino caritatem. Significantibus nobis Religiosis viris Guardiano
et Fratribus de Civitate vestre diocesis dilectis nobis in Christo nuper accepimus quod
cum ipsi ad divini cultus obsequium in loco predicto ecclesiam qua carent ibi de fundare
volentes humiliter Paternitatem vestram requirerent, et rogarent, ut in fundatione ipsius ecclesie,
prout ad vestrum spectat officium primarium lapidem poneretis. vos ad instantiam
fratrum Predicatorum eidem loci asserentium sibi ab Apostolica Sede indultum, quod infra Trecentas
cannas ... ecclesiam fundari predictis fratribus non liceret
possitis, sive cannas a loco ipsorum ecclesiam fundari predictis fratribus non liceret
id facere denegastis. Cumque indulgentiam huiusmodi olim utrique ordini a Sede Apostolica
concessam fel. record. dominus Clemens Papa propter multa scandala et litigia que
committebantur revocaverit. Nos que de voluntate Domini ex Ministri
generalis predicti habebant duxerunt revocandam. Nos quoque de voluntate Provincialium ac Ministri
Provincialium ordinum predictorum, Litigationisque Indulgentiam ipsam penitus revocatam
pronunciavimus, non tenere nec teneri debere. Paternitatem vestram rogamus
attente nobis nihilominus auctoritate qua fungimur firmiter iniungentes, quatenus
contradictione predictorum fratrum predicatorum occasione ipsius Indulgentie aliquatenus non
obstante ad requisitionem predictorum fratrum Minorum in fundatione ipsius Ecclesie
Primarium lapidem prout vestrum requirit officium poneri debeatis difficultate qualibet
... eosdem Fratres habentes in his, et aliis sicut devotos filios commendatos
... Septimo decimo Cal. decembris.

Signum Notarij. Ego Johannes de Lupico (?) sacri Imperij Publicus Notarius presentationi suprascriptarum litterarum predicti domini Parentini (?) Episcopi Apostolice Sedis Legati presens interfui, et predictas litteras vidi, tenui, legi de verbo ad verbum, et auscultavi, et nihil addidi vel minui quod ipsarum mutet sententiam sive sensum, et de mandato prefati suprascripti domini Patriarche Aquilejensis scripsi in formam publicam reducendo.

Li suprascritte scritture ho estratte da doi quaderni antichi in carta pecora esistenti nel mio Archivio di S. Fran.co di Cividal io fr. Rinaldo [illegible].

M. C°C. lxxxviij. Indictione Prima.

Die decimo exeunte Martio Presentibus dño Zilio filio quondam Iacobini, Johanne Franco de Fontana, Guiduxo Salarollo, Virgilio Zanclano, Petro nepote Conradini stationarij Civitatis rogatis testibus, et alijs. Bertholdus filius quondam dñi Henrij contentus fuit se emisse, et integre recepisse a Benedicto, et Martino stationarijs socijs tantam quantitatem panni coloris, que cepit duas Marchas, et triginta quatuor denarios Aquilegensis monete, quos denarios laudavit solvere usque ad Festum Sancte Marie de Augusto venturo sub pena. xl.ª denariorum dicte monete, pro quibus omnibus observandis dictus dñus Zilius fidejussit in parte, et toto & ce. Et quod ipsi Creditores possint accipere dictos denarios ad usuram super dictos fidejussorem, et debitorem, si dicti denarij in dicto termino non fuerint persoluti, promittentes tam fidejussor, quam debitor ipsis creditoribus solvere usuram predictam & ce. Cartam facere cum omni melioramento & ce. Actum in statione dictorum Creditorum.

Ex Protocollo Raynerij de Montebelluna existente in Archivio Collegij Notariorum Utinensium.

M. CC. LXXXVIIJ. Indictione Prima.

Die septimo exeunte Aprili. Presentibus Rodulfo stationario Civitatis, Zuto de Brazano, Chantiano de Tapojano filio Zuchi sartoris rogatis testibus, et alijs. Dominicus de Brazano de ultra Iudrium Manavius Abbatisse contentus fuit se mutuo recepisse a Nicolao familiare dni Quoncij Birbici quinque staria Frumenti, et quatuor libras sclavaneschas denariorum Aquilegensis monete de Capitali, quos denarios, et pretium cujus Frumenti promisit solvere usque ad Festum sancte Marie de Augusto venturo fide prestita manuali, secundum quod carius vendetur in Civitate per merchata Forijulij, sub pena. XX. denariorum dicte monete; pro quibus omnibus observandis Majucius filius Cubize de Brazano Massarie Choneti, et dicta Chubiza fidejusserunt in parte, et toto, et ipse Majucius laudavit dare pignus &c. Cartam facere cum omni melioramento.

Actum ante stationem dicti Rodolfi &c.

Ex Protocollo Raynerij de Montebelluna existente in Archivo Collegij Notariorum Utinen.

M. CC. Lxxxviij. Indictione Prima.

Die quartodecimo intrante Junio. Presentibus Sabadino de Verde rosa. Donadussio stationario Civitatis. Leonardutio filio dne Agnetis rogatis testibus, et alijs. Raynardus filius quondam Museti de brayda contentus fuit se emisse, et integre recepisse a Bertholdo Schencha unum runcinum rubeum cum omnibus magagnis aparentibus, et latentibus pretio, et foro unius Marche, et viginti denariorum Aquilegensis monete, quos denarios promisit solvere usque ad proximum festum sancti Michaelis nunc venturi sub pena. xL. denariorum dicte monete. pro quibus omnibus observandis dictus Sabadinus fidejussit in parte et toto &ce. Et si exercitus iret, quod non posit vendi pignus, fuerunt in concordia quod posit ipsos denarios dictus Creditor accipere ad usuram super ipsos fidejussorem, et debitorem, et promiserunt solvere usuram pro dicto Creditore &ce. Cartam facere cum omni meliorامento &ce. Actum in statione Lolini Bonfiglioli, et Pantaleonis sociorum. Cancelavi de mandato Leonardutij predicti qui dixit, quod erat factum suum.

Ex Protocollo Raynerij de Montebellana existente in Archivo Collegij Notariorum Utinensium.

M. CC. LXXXVIIJ. Indictione Prima.

Die quintodecimo intrante Junio. Presentibus dño Presbitero Bartholomeo de sancto Martino. Raynucio stalferio. Maynardo sartore. Poscino sartore. Adelperio quondam Perucij Civitatensi rogatis testibus, et alijs. Fulcherius quondam dñi Hencij de sonosencha contentus fuit se emisse et integre recepisse a Martino Zanolano stationario dante, vendente, ac securitatem recipiente pro se, et Benedicto stationario socio suo tantam quantitatem panni coloris, que cepit tres Marchas, et quinquagintaunum denarios Aquilegensis monete, quos denarios promisit solvere, fide prestita manuali, usque ad octo dies post festum sancti Michaelis proxime nunc venturi sub pena. XL. denariorum dicte monete, pro quibus omnibus observandis dictus Adalperius fidejussit in parte, et toto & ce. non obstante exercitu aliquo tam generali, quam speciali pignus possit vendi & ce. Cartam facere cum omni melioramento & ce. Actum in Civitate Austrie ante stationem dictorum creditorum.

Ex Protocollo Raynerij de Montebelluna existente in Archivo Collegij Notariorum Utinensium.

Ex Authentico MS. conservato exemplar

1291

Ordinamenta facta sub Petrobruno Advocato Civitaten per infrascriptos super hiis deputatos per Capitulu et Commune Civitaten. ut est moris.

Anno Dni Millo. ducentesimo. Nonagesimo primo Indicione Quarta. Nos Bernardus decanus et Leonardus Canon. Ecclie Civitaten per Capitulum. Adalpérius. Quoncius. Léonarduccius. Guilelmus. Martinus et Dominicus per Consilium et Commune Civitaten. ad formanda et faciendà statuta seu ordinamenta Advocati Civitaten deputati. et missi. volentes malignancium versuciis obviare. ac universos coram Petrobruno Advocato Civitaten, et eius judicibus expresso, et debito iure gaudere. ad honorẽ Reverendi Patris Dni Raymundi dei gratia sce sedis Aquilegen Pathee. et honorem ac comodum sociis Terre Civitaten. diligenti ut moris est deliberacione obtenta: infrascripta statuta seu ordinamenta edidimus et formavimus auctoritate nobis per dicta Capitulum. Consilium et Commune concessa. Que quidem statuta seu ordinamenta durari ac teneri volumus a singulis et universis quos tangant. usque ad festum beati Georgii proxime venturi. nichilominus mutanda. corriganda. minuenda. augmentanda. destruenda. qualitercunque. quandocunque. et quociescunque Consilio Civitaten. videbitur expedire.

Super societate

Super Societate beccariorum et discipulis eorum

Primo enim statuimus et ordinamus ut ad quemlibet discum in Macello Civitatem esse debeant duo beccarii socii qui carnes vendere teneantur. et non aliquis discipulorum eorum nisi forte inferiores sive buzzattas. capiat et - - - . . - - - etc. omissis etc.

Super carnibus edi et agni.

Item statuimus et ordinamus - - - - - - - - - omissis

Super carnibus dandis unicuique primo petenti

Item statuimus et ordinamus - - - - - omissis

Super carnibus non occidendis extra macellum

Item statuimus et ordinamus - - - - - omissis

Super carnibus fraudulentis. - -

Item statuimus et ordinamus - - - - omissis

Super carnibus capratinis vendendis

Item statuimus et ordinamus - - - - - omissis

omissis.

Super carnibus carnalium et pendendo vendendis.

Item statuimus et ordinamus — — — — —

omissis.

[Multa alia omittuntur.]
Capita et statuta

Super piscibus vendendis.

Item statuimus et ordinamus — — — — —

omissis.

Super caseo veteri et novo vendendo

Item statuimus et ordinamus — — — —

omissis.

Super legalibus pesis et mensuris habendis.

Item statuimus et ordinamus — — — — —

omissis. omissis

Super débito plane faciendo et etiam — —

Item statuimus et ordinamus — — — —

omissis. omissis.

Super iuratis faciendis de voluntate tuorum.

Item statuimus — — —

omissis

Super certis

capita et pedes bestiarum - — — — — — — —

omissis

Super carnibus non tenendis inductis.

Item statuimus et ordinamus quod postquam becarii scorticaverint edos vel agnos - — — — — — —

seu coopertos tenere — - — — — — —

omissis pluribus capitulis

Super carnibus caprinis et truinis.

Item statuimus et ordinamus — — — — —

omissis

De non miscendo carnes aliquas cum aliis carnibus pro vendendo.

Statuimus et ordinamus — — — — audeat miscere

— utpote carnes malas cum bonis — — — —

omissis. omissis.

Super carnibus tam de Foro Iulii quam de aliis

Statuimus et ordinamus — — — — — —

omissis

Super carnibus non vendendis ante diem.

Statuimus et ordinamus — — — —

omissis pluribus aliis capitulis

Super blado, feno vel erba non emenda

infra

infra Urram pro revendendo ibidem.

Statuimus et ordinamus — — — — — —

omissis

Super fructibus et pullis, ovis, et hiis similibus.

Statuimus — — — et nullus revendigulus seu re-
vendigula emere presumat fructus — — —

omissis

Super piscibus, sale. cepis. et hiis similibus
non dandis Advocato.

Item statuimus et ordinamus quod nullus — — — vel
forensis teneatur dare advocato, vel eius nuncio in
parva vel magna quantitate pisces, salem. cepas. Olera.
fructus et hiis similia — — — — — —

omissis

Super Iudicibus non tenendis duobus annis continuis
Item statuimus — — — — — — —

pluribus aliis Capitulis omissis.

1291

In Christi Nomine Amen. Anno Domini millesimo ducentesimo
nonagesimo primo. Indictione quarta. Die secundo mensis
Octobris. Praesentibus Viris providis Dnis Presbitero Petro Plebano
Venzoni, fratre Petro ordinis Humiliatorum, Mag.ro Lucino
de Bergamo, Engelberto della Turre Gastaldione Venzoni, Petro de
Venzono, Francisco Cerusico de ipso loco, Primicino de Margana
et Venerio de Modoetia et aliis. Reverendus Pr.
D. Raymundus Dei Gratia sanctae sedis Aquilegiensis
Patriarcha, cuius curam consideratio studiosa sollicitat,
ut singulorum suorum fidelium, et praesertim hominum
Terrae Venzoni, qui specialem ipsius Dni Patriarchae benevolentiam
obtinent promptitudine meritorum, status, et conditio prosperis
amplientur. Attendens grata fidei, ac devotionis obsequia,
quae praedicti Venzonenses communiter, ac divisim eidem Dno
Patriarchae, et Aquilegiensi Ecclesiae multipliciter laudabiliter im:
penderunt: ac imposterum si dante Dno status terrae Venzoni
ut speratur in augmentum prosperitatis, impendere poterunt
potiora. Considerans quoque, quod incumbentibus praefatis Venzonen:
sibus multis, et variis, imo intollerabilibus quasi oneribus
expensarum, quas imminentes guerrarum discrimine, cum etiam
alias pro ipso Dno Patriarcha et Aquilegiensi Ecclesia
huiusmodi necessitas noscuntur, Terra ipsa vix commode
de facili posset ~~[illegible]~~ deficere in eiusdem Dni Patriarchae,

et Aquilegiensis Ecclesiae non modicum detrimentum, nisi ad hoc diligens remedium apponatur. Provida deliberatione et exacta diligentia per se, suosque successores, suo, et Aquilegiensis Ecclesiae nomine, Hominibus, Consilio, et Communi Terrae Utinensis concessit de certa scientia, et gratia speciali, et permisit, ut perpetuo Datia de pane, vino, carnibus, caseo, et oleo, ac omnibus mercimoniis, super quibus ipsis eadem Datia videbuntur imponenda, tam in Terra Utini, et loco, et mercato, quam in burgis, suburbiis dicti Utini imponere, et exigere possint libere, et pro eorum libito voluntatis. super ipsis Datiis pretii quantitatem ponere possint, et valeant prout voluerint, et eis videbitur expedire. Quam quidem quantitatem augere, minuere, et iterum in eodem statu reducere valeant, quotiescumque voluerint prout volent: Et si voluerint ipsa datia dimittere possint ex toto, quandocumque placuerit eisdem. Ita quod cum provisione Consilii Terrae praedictae pecunia, quae a praedictis datiis exigi contigerit, vel haberi, in utilitatem promotionis, ac in necessitatem urgentem hominum, ac Terrae de Utino praedictorum converti debeat, et expendi. Super quibus Datiis idem Dominus Patriarcha, vel quivis officiales eiusdem se nullo modo intromittat, et nihil habeat disponere, seu aliquatenus ordinare. Hoc salvo, quod in

praesentia

præsentia Gastaldionis Utini, qui pro tempore fuerit pro
D̃no Patriarcha de denarijs datiorum ipsorum fieri
debeat ratiocinium annuatim. Promisitq; idem D. Patr̃a
per se, necnon successores huiusmodi concessionem, et gratiã
suo, et prædictæ Aquilegiensis Ecclesiæ nomine perpetuo
gratam, ratam, et firmam habere, atq; tenere, nec per
se, vel interpositam personam ullo tempore dicere,
facere, vel venire ratione aliqua, sive causa. Datũ
in Castro Utini in Camera dicti D̃ni Patriarchæ novi Palatij.

Et Ego Nicolaus Imperiali auctoritate notarius q. D̃ni Francisci
Masutti de Utino ex auctoritate, et commissione mihi facta per
Rev.m in Xρo Patrem et D. D. Paganũ Dei, et Apostolica gratia
sanctæ sedis Aquilegiensis Patriarcham, prout in abbreviaturis
q. dicti D. Francisci Patris mei inveni, præsens instrumentum
scripsi, et fideliter in formam publicam redegi -

Maen[illegible]
di C[illegible]
1[illegible]
1B[illegible]

Maestri di scuola di Cividale 1298. 1319.

Da un Protocollo in ottavo Not.° Aricordo di Cividale, che si conserva appresso il sig.r Paolo Fistulario.

In nomine Dñi Amen. Anno ejusdem Millo ducentesimo nonagesimo octavo. Indictione undecima Die. XJ. intrante Martio in Civitate Austria in Ecclesia santi Silvestri Presentibus Odolrico Plebano Latisane, Niculusio filio Dñi Odolrici Dñi Johannis Longi, Magistro Hermanno, muratore, Graciano Calcifice de Civitate, et alijs. Henricus de Olais Camerarius Communis Civitatis nomine ac vice dicti Communis parte una, et Magister Benedictus de sancta Maria longa ex altera in hac parte et concordia convenerunt videlicet, quod dictus Magister Benedictus promisit regere in gramaticalibus, et loycalibus in Civitate a festo sancti Michaelis proximi usque ad quatuor annos proximos immediate venturos tenendo unum repetitorem in gramaticalibus dictus vero Henricus nomine dicti Communis pro salario promisit annuatim dare eidem Magistro Centum libras Veronensium in festo sancti Michaelis in introitu anni, et ospitium competens pro se et scolaribus, et quod Magister a scolaribus posit premium competens, ut consuevit, hoc addito quod si ex justo impedimento dictus Magister non posset regere ut est dictum teneatur restituere pro rata habito respectu temporis quo rexerit de salario, quod a Communi receperit, et si impedietur sic quod non posit regere, nihilominus habeat salarium, et hospitium pro se et uno servitore. Et hec promiserunt attendere et observare sub pena Centum librarum Veronen. qua soluta &c. Pro quo Henrico nomine Communis Dñi Johannes de Portis, Odolricus Dñi Johannis Longi, Guillelmus de Scarlero, et Martinus q.m Wolrici Zanule de Civitate, et pro dicto Magistro Fidejussor extitit dictus Martinus &c.

In nomine Dñi Amen. Anno ejusdem Millo ducentesimo nonage-
simo octavo Indictione undecima Die xiij. exeunte Octubri
in Civitate Austria ante Ecclesiam sancti Johannis Bapte
Presentibus Magistro Waltero Canonico Civitatensi Magistro
Johanne Magistro scolarium de Civitate, et alijs. Dñus
Bernardus Decanus Civitatensis locavit ad simplicem
censum dño Nicolao presbitero de Campiformio de medio
manso sito in Campiformio solvendo censum debitum, et
obligavit omnia sua bona ubicumque essent, et refecere
damna et expensas.

Da un Quinternetto di Protocollo in
4.º che dal Carattere si considera essere
di Antonio da Cividale Not.º congetturan-
dosi scritto verso il 1297. Appresso il
Sig.r Paolo Fistulario

Die x intrante Majo, in Civitate Austria ante Ecclesiam sancti
Johannis Baptiste presentibus Dño. Odolrico Longo, Magistro
Johanne Doctore scolarium, et alijs. Nicolussius ytan
de Gallano laudavit in manus Dñi Thomasini Castalio-
nis treugas Paulo de Gallano usque ad festum sancti
Michaelis proximi.

Da due Quinternetti di Protocollo in 8.º Not.º
Antonino. Appresso il Sig.r Fistulario

In nomine dñi amen. Anno ejusdem M. CCCxviij. Ind. secun-
da, Die xj intrante Julio In Civitate Austria in merca-
to ante stationem infrascriptorum sugalium, presentibus dñi
Johanne Custode Ecclesie Civitatensis, Federico prebendario dicte
Ecclesie, Magistro Johanne regente scolas in Civitate, Bussa
becario q.m Sverdeni de Civitate, Gislimberto dicto Thomasino

Cremano

Cremario de Civitate, Bonaventura q.m Antonij Cremario de Dio-
cesi Tridentina commorante Civitatis et alijs vocatis testibus, et
rogatis. Johannes Becarius q.m Leonardi Cristanni de Civitate
dedit, et traddidit et consignavit Jacomine Uxori sue quoddam
sedimen domorum cum Curia sibi adiacente iure proprij
sita in Civitate in Contrata Sancte Marie de Curia, cujus
confines superius annotantur, iure Contradotis seu contrafacti,
cum dicta Jacomina uxor sua tempore Matrimonij contracti
inter eos cum decem Marchis den. Aquilegen. monete, quas
dictus Johannes recepit et habuit, dotata fuerit secundum
jus contrafacti, ad habendum & cum omni jure & Promit-
tens predicta omnia firma, et rata habere et tenere, et
manutenere ab omni homine, et persona sub pena dupli &
Nuncius tenute fuit dictus dnus Johannes Custos testis &
cum omni melioramento.

Memorialium Antonij Belloni Tom: II.

Memorialium Anonij Belloni Tom: II.

(1293)

Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo tertio Indictione sexta die septimo exeunte Septembri in Civitate in domo emptoris infrascripti. presentibus Gregorio filio Dni Egidij de Civitate. Panthaleone stationario filio q.m Jacobi Cossulutti. Sabadino filio Verderose. Artuico aurifice filio Reynaldi de Civitate, et alijs. Artamannus filius q.m Dni Lupoldi de Vilesio pretio viginti trium Marcharum et medie de Aquilegia, quod fuit confessus, et contentus se recepisse et integre habuisse a Raynerio Cor de Mediolano Civitate commorante renuntians exceptioni &c pro se suisque heredibus vendidit, et tradidit dicto Raynerio Cor pro se suisque heredibus, et cui jus suum dederit &c recipienti jure proprij quemdam mansum situm in Villa Muymaci rectum per Leonardum, et Corradinum de eodem loco, qui solvit annuatim in blado, vino, denarijs, et alys unam Marcham, et duodecim denarios ad usum Curie. Cum liberis accessibus &c. Cum domibus, sediminibus, curijs, bajarcyis, campis &c cum omnibus, et singulis &c. omnique jure, actione &c. ad habendum &c. Promittens dictus venditor &c. scilicet ipsum mansum &c. Nulloque unquam tempore &c. sed predicta omnia &c. sub pena dupli valoris &c. que totiens &c. qua soluta &c. Pro quibus attendendis et observandis parte dicti venditoris pro ipso, et ejus heredibus Panthaleon testis prescriptus &c. cum omni melioramento.

Et ego Johannes de Civitate publicus Imperiali auctoritate Notarius . . . . . . scripsi.

Ex Protocollo Joannis de Civitate Notarij servato in Archivo Notariorum Civitatensium extraxit Jo: Dominicus Guerra Canonicus Civitaten. mihique exemplum tradidit.

1306.

Anno Domini Millesimo tricentesimo sexto Indictione quarta die predicto (xiij. exeunte Novembri) in Civitate in domo Dñi Fulcheri de Savorgnano Civitate morantis. presentibus Fratre Francisco de Faganea, et Fratre Carello de Flagonia ordinis Predicatorum Conventus Civitatis. Dño Candido de Civitate q.m Dñi Andree de Canussio. Sclesono Castaldione Civitatis. Covatto de Civitate. Panthaleone filio q.m Pertoldi massaricij de burgo Sancti Silvestri Civitatis. Federico filio dicti Scleson. Artuico Aurifice filio q.m Reynardi de Civitate. Nicolao nepote dicti Dñi Candidi. Rodulfo de Sorfumberch familiare ejusdem Dñi Candidi et alijs. Jacobus filius q.m Dñi Leonardi de Savorgnano sanus mente licet languens corpore nolens decedere intestatus suum testamentum et suam ultimam voluntatem condidit in hunc modum. Imprimis quidem sibi suam sepulturam elegit apud Ecclesiam Sancte Marie Castri Utini in monumento dicti Dñi Leonardi sui Patris, cui Ecclesie, et ejus rectoribus sive provisoribus dictus Jacobus pro remedio anime sue legavit quemdam suum mansum jure proprij situm sub Canaco in Villa que dicitur Conoglan rectum per Michaelem, et ejus filium. Ita quod omni anno in suo anniversario Sacerdotes sive rectores dicte Ecclesie cum duabus partibus redditum dicti mansi cedant ad utilitatem dictorum Sacerdotum, qui in vigilia dicti sui anniversarij super suum monimentum vesperas mortuorum, in mane vigiliam, et missam mortuorum facere teneantur. Item voluit et ordinavit quod omnia male ablata per ipsum quibuscumque personis, qui inveniri legitime poterunt cum suis bonis eisdem personis restituantur, ac de eisdem integre satisfiat. Item voluit et ordinavit, quod Dña Francisca uxor sua quamdiu vixerit caste, et honeste, et sine marito, ac cum suis heredibus infrascriptis voluerit commorari sit, et esse debeat in domo Domina, et Massaria, ac rectrix dictorum heredum, et bonorum ipsorum. Ita quod si aliquo tempore non posset aut nollet cum eisdem heredibus commorari, aut acceperit maritum habeat ad vitam suam annuatim super suis bonis unam Marcham in redditibus ad usum Curie in loco competenti et jura sua, quam Marcham infrascripti tutores suorum heredum sive dicti heredes Dñe Francisce eidem dare, et assignare teneantur, post cujus decessum eadem marcha ad heredes perveniat memoratos. In omnibus

vero suis alijs bonis in hoc testamento non specificatis Nicolaum, et Fulcherum suos filios sibi heredes instituit. Tutores vero dictorum Nicolai, et Fulcheri pupillorum fecit et constituit Venerabilem Virum Dnum Philippum Preppositum Sancti Stephani Aquilegensis. Dnos Petrum, et Constantinum fratres de Utino. Carsmanum, et Federicum fratres ipsius testatoris. Adalprettum de Cucanea, et prefatum Dnum Fulcherum de Savorgnano, qui eamdem Dnam Franciscam, et dictos pupillos cum bonis eorum defensare contra omnem personam, ipsosque molestantes seu aggravantes debeant, et iuvare &c. hoc &c.

Ego Johannes de Civitate .... notarius. scripsi.

Ex Protocollo Joannis de Civitate Notarij servato in Archivo Notariorum Civitatensium extraxit Jo. Dominicus Guerra Canonicus Civitaten, mihique exemplum tradidit.

Anno Domini M.CCC.XIII. Indictione XI.^a die sexto intrante Aprili in Civitate in Ecclesia infrascripta. Presentibus Venerabili Patre Fratre Alberto Abbate Monasterij Sumaquensis. Dnis Petro de Utino. Johanne filio q.^m Dni Henrici de Villalta. Candido filio q.^m Dni Andree de Canussio. Ossalco qui fuit de Sacilesto. Odolrico filio q.^m Dni Johannis Longi, et Conraducio filio q.^m Dni Philippi de Civitate et alijs. Dnus Bernardus filius q.^m Dni Johannis de Zucula tunc traditi Ecclesiastice sepulture pro remedio anime predicti Dni Johannis promisit et stetit assignare, et dare majori Ecclesie Sante Marie Civitatis, et ejus Capitulo tantam proprietatem super bonis suis que solvat annuatim unam marcham in redditibus ad usum Curie usque ad Festum Resurectionis Domini proxime venturum Dno Bernardo Decano predicte Ecclesie pro ipsa et ejus Capitulo recipienti securitatem, de cujus proventibus, reddittibus annuatim in anniversario dicti Dni Johannis per Caniparium dicti Capituli fieri debeat elemosina pauperibus in qua expendi debeant quinque sextarij frumenti in pane unus sextarius fabarum, et triginta denarij

pro condimento, et alijs; et residuum dictorum redditum distribui debet inter Canonicos, et Mansionarios ejusdem. Ecclesie presentes more solito. De qua marcha assignanda, et danda, ut dictum est Dnus Fulcherus de Savorgnano Civitate morans. Walframmus de Zucula frater q.m dicti. Dni Johannis, et Johannes q.m Ottonelli fidejussores extiterunt.

Et Ego Johannes de Civitate Imperiali auctoritate Notarius scripsi.

Ex Protocollo Johnnis de Civitate Not.s servato in Archivo Notariorum Civitaten, extraxit Jo: Dominicus Guerra Canonicus Civitaten, mihique exemplum tradidit.

1194.

Anno Pisa-chesi

Anno Dni Mil. C LXXXX IIII. XX. die exeunte septembri. Ind. XII. In presentia istorum rogatorum testium. Dni Henrici de Clemona; Dni Henrici [illegible]. Dni Warnerii de [illegible]; Leonis de Clemona, [illegible] Bugasoni de [illegible]; et aliorum Conradus qd Vilius Dicteman de S. Daniele per se suosque heredes, fecit finem refutationem et irrevocabilem; atque transactionem indissolubilem domui S. Galli de Mozo. et dno Gislerio eiusdem domus Abbati, eiusque successoribus nominative de duabus massaricijs. de quibus controversia vertebatur inter prelibatum Dnum Abbatem et predictum Conradum. que nunc sunt site apud S. Danielem; et reguntur una per Martinum Pugazam; alia vero per Danielem pro hac itaque fine et transactione dedit prenominatus Dnus Abbas supradicto Conrado duas Marcas. et LX. denarios Pisacensium. Promisit predictus Conradus per se; suosque heredes suprascriptam finem et transactionem in perpetuum firmam habere. et tacitam per sollempnem stipulationem. sub nomine pene viginti Marcarum.

Actum apud Bugam in loco ubi dicitur Caminadas.

Predictus Conradus hanc finis et transactionis cartam ut supra in legitur scribere rogavit

Ego Petrus Imperialis Not. interfui. et videns. et audiens hoc scripsi rogatus.

Da un Libro in foglio del sig.r Ab. Giusep.e Bini intitolato al di fuori Varia Documenta antiqua. Num. II. pag. 11.

Ex quadam antiquissima Membrana existente in Archivio Capitulari Ecclesie Civitaten.

N.o X Sac. 58.

Nota del sig.r Ab. Bini Ex qualitate Caracteris conijcitur scripta seculo XII.

Isti sunt redditus Glemonensis Ecclesie.

Primo in Braolinh unam Marcam den. Aquilegen.

Omnis. &c.

It. Jacobus Longus qui dicitur Cremar et cognata ejus viij. den. Aquilegen. et ~~duo exenia~~ medium Vini et unum exenium in ~~Nativitate Dni, et aliud in Pasca.~~

~~Omnis &c.~~

It. Amelricus et Petrus Fratres de Roya solvunt viij. den. Aquilegen. et duo exenia unum exenium in Nativitate Dni, et aliud in Pasca.

Omnis &c.

It. Amelricus de Roya pro pratis et Agris solvit XX iiij. denar. Aquil.

It. Vargendus filius Wluingi solvit XX den. Aquil.

It. Blasius filius Wolrici sacerdotis iij. denar. Aquil.

It. xij. denar. Aquil. pro I. campo.

It. Dnus Cubinus II. den. Aquil.

Omnis &c.

It. Dnus Engelbertus de ~~Rove~~ Rovveyn sol. XXX. et II. denar. Aquileg. pro uno campo et I. agro.

Omnis &c.

1295
Usure

Da un Quinternetto di Protocollo di Notaro Annonimo che si conserva dal Nob: Sig.r Paolo Fistulario.

M. CC. nonagesimo quinto. Indictione. viij. Die octavo exeunte Majo. Presentibus Bartholameo de Senis, Sclefo de Prestinto, Petro filio Pupi de Utino, Frederico de Utino filio Hendrici de Artegna, Alberto Notario Civitatensi Nicolao Notario de Civitate filio q.m Francisci Noscheti. rogatis testibus et alijs. Dnus Carstmanus filius q.a dni Petri de Utino fuit confessus se nomine mutui de Capitali puro accepisse de Raynerto de Venzono nunc Civitati comorante triginta quinque Marchas denariorum Aquilegensis monete, quas corporali prestito juramento promisit solvere, et dare usque ad primum diem proximi mensis Augusti venturi, vel venire in Civitate dicta die, nec inde recedere, nisi prius solverit denarios supradictos, sub pena unius Marche denariorum dicte monete &. pro quibus omnibus observandis supradicti Albertus et Nicolaus testes fidejusserunt pro rata &. Cartam facere cum omni melioramento &. Actum in statione dicti Creditoris.

Eo die, loco, et presentibus. Cum predicti Albertus, et Nicolaus extitissent fidejussores pro rata dicto Raynerto contra predictum dnum Carstmanum de dicto debito, ipse dnus Carstmanus corporali prestito juramento promisit eis conservare ipsos indempnes, et venire in Civitatum, nec inde recedere, nisi conservaverit eos indempnes &. Cartam facere cum omni melioramento &.

Memorialium Antonii Belloni Tom: II.

Pag.ª 136. t.º

~~In Actis Valerii Horatij~~.

1296 – Ind.e 9.a Die vero 9.° Intrante Februario Aquileie In Capitulo Ca-
thedralis Ecclesiæ Presentibus Dñij Magistro Alberto Canave Gillono
Archidiacono, Philippono, Castono, et Meyino de Carturiæ, Hermanno, et
Jacobo de Utino, Magistro Leonardo de Frimugnacco, et Alberto de Tor-
dona Canonicis Ecclesiæ Aquilegien. Martino Prepositi sancti Felicis
de Aquilegia et Alijs: Cum Dñus Raimundus Patriarcha Aqui-
leien. quoddam privilegium per Bone memoriæ Dñum Gregorium
Patriarcham Aquileien. sub ipsius sigillo pendenti concessum homi-
nibus de Reana scriptum et autenticatum manu Johannis Horatij
de Gypro sub anno Dñi 1257. Ind.e 15.a die 5.a Intrante Junio
in quo continetur qualiter Dñus Gregorius Patriarcha de Terris
Ecclesiæ, seu pertinentibus ad Henimantiam sitis in Reana in-
vestivit Begnam filium q.m Henrici, Jacobum filium Maij Cocolum
filium q.m Burchardi, et Nicolinum filium q.m Fabbrini de Reana,
recipientes pro se suo nomine et nomine ac vice omnium de Reana
qui pertinebant et obediebant illi placito quod Henimantia dicitur, in-
vestivit Jure Livelli censum seu fictum solvendo annuatim ipsi Dño
Patriarchæ et successoribus suis quodque tota Villa de Reana de-
beat esse libera a qualibet Persona salvo Jure Dñi Patriarchæ, et
qualiter dictus Dñus Gregorius Patriarcha investivit ad rectum affi-
tum Aquileiensem dictum Begnam, et alios prefatos de Reana reci-
pientes pro se suo nomine, et omnium aliorum qui tenebant, vel
detinebant tantum viginti quinque campos sitos in territorio Reanæ
in loco qui dicitur Tavella Zellata qui dicebantur fuisse de proprie-
tate q.m Dñi Ulrici de Glemona de quibus tenentur solvendo annuatim
dicto Dño Patriarchæ et eius successoribus dictum censum seu fictum, in-
novari seu transcribi per manum eiusdem Johannis Hor.i cum foret neces-
sarium instrumentum mandavit prout in Istrum.to publico confecto exinde per
dictum Johannem Horatium sub anno Dñi 1296. Ind.e nona die
Veneris penultimo Decembris, et ipsius Dñi Raimundi Patriarchæ Aqui-
legien. sigillo cereo pendenti munito plenius continetur. Venerabiles
Viri Dñi Paganus de Carturiæ Decanus, et cap. Capitulum Ecclesiæ Aqui-
leiensis, ibidem propter hoc more solito congregati prædictum privi-
legium, et omnia contenta in eo ratificaverunt, approbaverunt, et
eis suum præstiterunt consensum pariter, et assensum.

1301

Maestri di scuola di Cividale. 1301.

Da un Protocollo in ottavo mancante del Principio, e del Fine, e molto corroso Not. Antonio da Cividale appresso il sig.r Paolo Fistulario.

In nomine Dni. Amen. Anno ejusdem Millo CCCj. Indic. xiiij. Die xij. exeunte Februario in Civitate Austria sub domo in qua moratur Magister Benedictus infrascriptus presentibus Dnis Chono Canonico Civitaten, Guillelmo de Scarleno, Magistro Thomā, Henrico de Oleis, Pidrunio filio Magistri Aldrietti Barberij, Vanno de Senis, et alijs. Magister Benedictus de Sancta Maria Lalonga Magister scolarum confessus fuit se habuisse, et recepisse a Conrado q.m dni Philippi de Civitate Camerario Communis Civitatis Centum libras denariorum pro salario suo pro anno presenti, videlicet a Festo sancti Georgij preterito ad unum annum.

Die viij. intrante Aprili in Civitate Austria in domo Communis presentibus Vuarsio de Portis, Premilo de Fagedis, Vidrango, et alijs. Ardemarus de Vilesio pro frumento quod &c. promisit fide prestita manuali dare Magistro Johanni Magistro scolarum Quatuor Marchas dnr, usque ad Festum sancti Johannis de Junio proximo. Fidejussor Zuanninus de Rubignaco &c. cum omni melioramento.

1301

Da un Quinternetto di Protocollo mancante e lacero scritto da Antonio da Cividale Notaro essendo Patriarca d'Aquileja Pietro Gera.

Die VI. instante Martio in Civitate Austria in Capitulo Civitatis. Presentibus Martino q.m Wolrici Zannule de Civitate, Andrea filio Dni Leonarducij de Brazaco, Udolrico de Civitate Notario testibus ad hec vocatis, et rogatis :: Magister Thomas de Turri gramatice Catelanus ex parte una, et Magister Benedictus de Sancta Maria la longa ex altera in hoc plena concordia convenerunt, Videlicet quod dictus Magister Thomas debeat esse in scolis prefati Magistri Benedicti, et juvare ac alleviare eum in gramaticalibus bona fide a festo beati Georgij usque ad festum beati Michaelis proximum, et ab ipso festo beati Michaelis usque ad unum annum immediate sequentem. Tali pacto habito inter eos, quod ipsi ambo debeant equaliter condividere totum lucrum, quod acquirere poterunt a scolaribus eorumdem, et insuper predictus Magister Benedictus promisit dare ipsi Magistro Thome ultra sortis scolarium perceptionem pro recompensatione sui laboris pro instanti medio anno duas marchas denariorum aquilegensis monete, videlicet unam marcham et mediam in festo beati Georgij proximo, et aliam mediam Marcham de solutione scolarium partis ipsius Magistri Benedicti. Preterea promisit dictus Magister Benedictus eidem Magistro Thome dare tres Marchas pro dicto anno futuro tempore quo Commune Civitatis dabit eidem Magistro Benedicto suum salarium. Pro quibus omnibus supradictis idem Magister Thomas teneatur per supradictum unum annum et medium fideliter juvare ipsum Magistrum Benedictum in docendo et corrigendo scolares, et singula necessaria in studio faciendo, et ita quod idem Magister Thomas teneatur legere Institutiones, et Summam artis Notarie si habuerit auditores condividendo lucrum cum dicto Magistro Benedicto sicut superius continetur. Et si idem Magister Thomas voluerit morari in ospitio cum dicto Magistro Benedicto, quod datur sibi per Commune Civitatis promisit Magister Benedictus sibi dare locum competentem pro eo, et si Magister Thomas vellet alibi esse, tunc proprijs expensis inveniat aliam domum. Ceterum

si dictus Magister Benedictus profitetur quod daret dicto Magistro Thome medietatem salarij quod habet a Communi Civitatis sibi ultra dicta pacta non debeat prejuditium generare. Que omnia et singula supradicta unus alteri fide prestita manuali nomine sacramenti promisit attendere, et inviolabiliter observare sub pena trium Marcharum denariorum dicte monete, qua soluta vel non firma, et rata maneant omnia et singula suprascripta &c

Da un Quinternetto di Protocollo scritto da Notaro
Annonimo in tempo del Patriarca Filippo d'Alansone.

Die. XVj. mensis Aprilis in Civitate austria in contrata Fori ante do=
mum habitationis infrascripte constituentis Presentibus Venerabili:
~~bus~~ Viris dño Johanne de Artenea Canonico Civitaten. providis
viris Johanne Bertulucij, et Checco aurifice testibus, et alijs plu.
ribus. Honesta dña Zuanna q.^m Philiponi de Fagenzia, et Vxor
discreti Viri Magistri Petri olim rectoris scolarum cum volunta.
te et consensu ipsius magistri Petri omnibus modo, via, jure, et
forma quibus melius scivit et efficacius potuit tam de jure
quam de consuetudine fecit constituit, et ordinavit ipsum ma-
gistrum petrum suum maritum ibidem presentem, et hoc man.
datum in se sponte suscipientem, nec non providos Viros Pasa=
littum q.^m Francisci de Civitate, et Bernardum q.^m Magistri Jo.
hannis Philippi de burgo pontis dicte Civitatis . . . .
et quemlibet ipsorum in solidum ita quod primi occupantis conditio po=
tior non existat sed quod unus ipsorum inceperit alij mediare valeant pro
sequi, et finire ad invicem, et divisim, suos veros, et certos nuntios, acto=
res, factores, et procuratores legittimos speciales, et generales, et quicquid
melius dici et esse possint specialiter in hac causa, et questione, quam
ad presens habet, vel habitura est cum honesta dña Helisabet uxore q.^m
Guilielmi tusci nomine, et occasione unius Clamidis foderate varijs
seu alia occasione quacumque: Et generaliter in omnibus, et singulis
suis litibus, quas habet vel habere posset cum quibuscumque Personis
quibuscumque nominibus nuncupentur nominibus, et occasionibus quibus.
cumque tam in agendo quam in deffendendo Coram Serenissimo
Principe et Reverendissimo in Christo Patre et dño nostro dño
Phylipo de Alenconio. &c.

nutum eorundem Decani, et Capituli assumpti ut prefert de observandis statutis, et consuetudinibus ipsius Ecclesiae iurare et alia quam premissa ratione dictorum fructuum reddit, proventuum, et quotidianarum distributionum quos percipient pro tempore supportare onera minime teneantur. Volumus etiam quod illis temporibus quibus forte eosdem Magistrum et Doctorem simul, aut eorum alterum decedere contigerit ab Ecclesia predicta, vel interim quod dicti Decanus, et Capitulum tales, vel talem non elegerint fructus, redditus, et proventus, ac distributiones huiusmodi qui eos si tunc electi, vel cum qui tunc electus forent, vel fores contingere possent in utilitatem Fabricae eiusdem Ecclesiae, ac reformationem librorum ornamentorum, et paramentorum ad eundem cultum peragendum in ipsa Ecclesia, deputatorum pro tempore convertantur. Et quia dignum est, ut qui verum commoda complectuntur et onera supportent earundem: Ecclesiae volumus et quod dicti Decanus, et Capitulum Episcopalia iura — — — — — — — — — iura vero huiusmodi fructuum, redditum, et proventuum quos eisdem Magistro, et Doctori pro tempore duximus reservandum supportare integre sint adstricti: Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis nec non huiusmodi certo Canonicorum numero et aliis statutis, et consuetudinibus quibuscumque, ipsius Ecclesiae contrariis, iuramento, Confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis. Aut si aliqui Apostolica, vel alia quavis auctoritate in eadem Ecclesia in Canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant: Seu si super provisionibus sibi faciendis de Canonicatibus et prebendis ipsius Ecclesiae speciales, vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales Apostolicae Sedis, vel Legatorum eius sub quacumque verborum forma litteras impetraverint, etsi per eas ad inhibitionem, reservationem et Decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem Litteras, et processus habitos per easdem et quaecumque inde secuta quo ad ipsos duos Canonicatus, et totidem prebendas per nos extinctos, et sublatos ut prefert volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem Canonicatuum, et prebendarum ac beneficiorum aliorum preiudicium generari, et quibuscumque privilegiis, indulgentiis, et Litteris Apostolicis generalibus [illegible] ... indicialibus quorumcumque tenorum existant ... presentibus non expressa ... totaliter non

[illegible]

inserta effectu earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, et de quibus quorumcumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim ex nunc irritum decernimus, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae extinctionis, sublationis, statuti, ordinationis, constitutionis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Dat. Romae Apud Sanctum Petrum Kal. Februarii Pont. nostri Anno Decimo.



Bullam Pontificiam praemissam ex autographo in charta pergamena conscriptam custodito in Archivio Rmi Capituli Civitatis [illegible] Franciscus Pakanius Civis publicus Venetus Auctoritate Apostolica [illegible] ipsiusmet [illegible] exemplavit mediante alieno calamo facta prius fideliter auscultatione, et quia bene concordare invenit, ideo in fidem subscripsit et sui soliti signi appositione [illegible]

14. ..

In nomine Domini. Amen. Anno eiusdem Millesimo trecentesimo quarto. Indictione secunda die decimo tertio exeunte Decembri extra Civitatem Austriam in Ecclesia Beate Marie de Cella. Presentibus Candido filio q.m Mussatti q.m Luvisini de Civitate. Federico q.m Dñi Johannis de Portis de Civitate. Mattheo filio Pellegrini q.m Jacobi de Civitate. Thomado Beccario de Civitate, et alijs. Scifuttus filius q.m Dñi Finossij de Manzano per se suosque heredes, ac nomine et vice Dñe Zyane Matris sue, et Johannis sui fratris quos promisit hijs facere consentire pro subsidio expensarum Dñe Itrudis Monialis loci Beate Marie de Cella, ac irrevocabilis donationis nomine, que dicitur inter vivos, que amplius revocari non potest, dedit, tradidit, donavit, atque cessit Religiose Dñe Katherine Priorisse Conventus Beate Marie de Cella Ordinis Fratrum Predicatorum recipienti pro se et nomine ac vice dicti Conventus quemdam mansum situm in Villa de Pavia rectum per Nicolaum de eodem loco, jure proprij, quem dicebat reddere ad usum Curie unam Marcham minus octo denarijs Aquilegensibus, et redditum ad usum Curie xlviij. denariorum Aquilegensium super qusdam manso sito in eadem Villa recto per Marzuxum de eodem loco ad habendum &c. promittens pro se &c. manutenere in jure, et non movere litem sub pena dupli &c. nuncius tenute Matthias testis predictus &c. cum omni melioramento.

Et ego Odorlicus Civitatensis Imperiali auctoritate Notarius - - scripsi.

Ex Notis Odorlici de Civitate, que in Archivo Notariorum Civitaten. servantur, Jo: Dominicus Guerra Canonicus Civitaten. extraxit, mihique exemplum tradidit.

vel debere et de quibus quorumcumque totis beneficiis

... quomodolibet uel alterius et de quibus quorumcumque totis tenoribus

... quomodolibet vel dicti et de quibus quorumcumque totis tenoribus

Ma

ma

1304.
1306.

Da un Protocollo in 4.to di lungo Notaro Majoranza; si conserva appresso di Me

Anno Domini Millo Trecentesimo Quarto
Indictione secunda.

Die Martis. XV. intrante septembri in Castro Utini super Patriarchali Palatio Presentibus Nobili viro dño Guelfo de filijs Bdonibus de Placentia Magistro Nicolao Doctore Gramatice, Michaele q.m Albertini de Utino Guerutio tusco Potestate Marani, et alijs. Nicolaus dictus Carnia de Utino constitutus coram dño Marescalco ad probandum quod terminus excusationis fuisset datus Raynaldo tusco ad heri ad horam vesperarum induxit Venetianum preconem de Utino, cujus relatione super precepto facta predicto Raynaldo per circumstantes audita petente dicto dño Marescalco si bene probaverat terminum antedictum sententiatum fuit comuniter per adstantes quod predictum terminum bene probaverat.

Maestri di Gramatica.

Millo Trecentesimo sexto. Indictione. iiij.

Die Primo septembris in Castro Utini super Patriarchali Palatio Presentibus Magistro Mino de Bononia, Magistro Stephano de Utino Doctoribus Gramatice, Michaele olim Albertini de Utino, et alijs. Dñus Franciscus de Turano Prepositus sancti Felicis de Aquilegia suo nomine, et procuratorio nomine Capituli ipsius Ecclesie dicens se ad hoc habere mandatum fecit constituit atque substituit Albrigetum de Vandolis de Bononia presentem, et mandatum sponte recipientem suum et dicti Capituli procuratorem et nuncium specialem in questione quam movet seu movere intendit dño Fulchero de Goritia Canonico Ecclesie sancti Felicis occasione cujusdam quantitatis pecunie.

1309 Da un Protocollo in 4°. donatomi dal Sig.r Carlo Gazoldi mancante nel fine inscritto al di fuori = Note di Wualdi Not.

Anno d.ni M.o CCC viij. Indicione vij.a

Die tertio exeunte Junio presentibus d.no presbitero Odorico de Utino Magistro Waltirino Doctore Gramatice, qui moratur Utini (Maestro di Grammatica) Magistro Stephano not.o de Faugnaco, Magistro Leonardo Cerdone, Arrico stazionario de Utino, et alijs. D.nus Albirtinus de Placentia Plebanus Plebis Sancte Marie de Artenia dedit, et vendidit d.no Stephano Cersodi Majoris Dllenie de Utino recipienti, et ementi pro se &c. a die presentis contractus usque ad unum annum proximum futurum et completum omnes redditus, proventus et Quartisium dicte Plebis de Artenia cum omnibus juribus decimis proventibus pertinentibus tam in temporalibus quam in spiritualibus pretio quatuordecim Marcarum denar. Aquilegen. Quas &c. Renuncians &c. Cujus rei possessionem &c. promisit sibi manutenere ~~[illegible]~~ &c. ipsi d.no Stephano &c. dictos redditus &c. contra omnem personam in ratione, cum obligatione omnium bonorum suorum et refectioni dampnorum omnium &c. Sub pena dupli dicti pretij &c. Qua &c. Et in hunc modum dedit eidem tenute nuncium Magistrum Valtarinum testem predictum, ut ipsum &c. Actum Utini ante domum heredum quondam Morquadi Cerdonis, cum omni melioramento.

In nomine Domini. Amen. Anno ejusdem Millesimo trecentesimo decimo. Indictione. VIIJ. die sexto exeunte Februario. in Civitate Austria in Ecclesia sancti Johannis Baptiste. Presentibus Widrango q.m Pocinni Federico dicto Craffo de Civitate. Stephano filio q.m Dni Egidij de Civitate. Henrico fratre Piou de Premariaco et alijs. Franciscus q.m Dni Ugonis de Medea de consensu et voluntate Dni Nicolai fratris sui precio et foro sex marcharum denariorum Aquilegensium quod fuit confessus se habuisse &. pro se & vendidit, et si plus valeret sibi donavit. Bertolotto notario de Civitate pro se &. medium mansum situm in sancto Johanne de Manzano rectum per Bonaldum, qui dicebat. reddere mediam marcham, et tres denarios ad usum Curie ad habendum &. jure recti, et legalis feudi Niculussij q.m Dni Henrici de Pertinstayn promittens manutenere in jure sub pena dupli &. et sic eum investivit relaxans sibi juramentum fidelitatis. Promittens infra unum mensem postquam requisitus fuerit resignare &. pro quibus omnibus attendendis Pidrussius q.m Ingalpretti de Oleis extitit fidejussor et manutentor & nuncius tenute dictus Vidrangus &. cum omni melioramento.

Ego Antonius de Civitate Imperiali auctoritate Notarius ... scrip.

Ex Notis Antonij de Civitate Notarij servatis in Archivo Notariorum Civitaten. Jo: Dominicus Guerra Canonicus Civitaten. extraxit, mihique tradidit exemplum.

1311

In Christi nomine Amen Anno ejusdem Domini Millesimo CCC°XJ. Indictione VIIIJ.ª Die XIIJ.° intrante Augusto. Presentibus Silvestro cerdone de burgo inferiori Utini, Pelegrino olim Danielis de villa vuarba, et alijs. Clara filia olim Antonij Fabri de Utino per se &. cum consensu, et voluntate Jacobi fratris sui dedit, et affictavit Odorlico dicto Gutto de Utino, qui fuit de Carnea a die preterito proximo sancti Jacobi usque ad tres annos proximos futuros unam suam domum sitam in foro novo Utini, ubi moratur dictus Guttus, cujus domus hij sunt confines, ab una parte possidet Dintilginus de Utino, ab alia Muschinus, a tertia est Forum de Utino & ad habendum &. sine & omnique jure & pretio duodecim librarum denariorum Aquilegensium ad VIIJ denarios pro libra pro quolibet anno, quod &. Renuntians & promisit sibi manutenere usque ad dictum terminum cum obligatione omnium bonorum suorum presentium et futurorum, sub pena unius Marche denariorum dicte monete, et tenere sibi dictam domum clausam, et copertam convenienter, et dedit sibi licentiam intrandi tenutam quandocumque voluerit. Actum Utini in domo dicti Jacobi. Cum omni melioramento.

In Christi nomine Amen Anno nativitatis ejusdem Domini Millesimo. CCC°XJ° Indictione VIIJ.ª Die XJ° exeunte septembri Presentibus Mortelgiano Pilipario de Utino, Francisco olim Benedicti de Tricesimo, Dominico olim Dietrici de Puzolio, Andrea de Utino, qui fuit de Cusignaco, Michaele filio Symonis muli de Frezano, et alijs. Gisla uxor Johannis de Terenzano per se &. cum consensu, et voluntate dicti Johannis mariti sui ibidem presentis dedit, atque iure livelli perpetualis vendidit Johanni olim Henrici de Luniriaco &. unam suam domum cum media canipa cum introitu et exitu sitas in Frezano, cujus domus, et canipe hij sunt confines ab una parte possidet Franciscus de Terrenzano, ab alia possidet Johannes de Terrenzano maritus dicte Gisle, a tertia possidet Ravazinus de Terrenzano, et a quarta est via publica &. ad habendum &. sine & omnique jure & pretio, et foro unius Marce, et Quindecim librarum denariorum Aquilegensium. Quod & Renuntians &. Salvo tamen quod dictus emptor, et sui heredes solvere teneantur annuatim nomine livelli pro ipsa domo et media canipa in festo nativitatis Domini, vel octo diebus post heredibus olim Francisci domini Ucelli de Utino octo denarios monete Aquilegensis. Cuius rei possessionem &. promiserunt dicti Gisla, et Johannes maritus eius per

se &. dicto emptori manutenere dictam domum, et Canipam contra omnem personam in ratione cum obligatione omnium bonorum suorum presentium, et futurorum, et refectione damnorum omnium &. sub pena dupli & Qua & Et in hunc modum dedit eidem tenute nuntium Michaelem testem predictum, quod ipsum &. Actum Utini prope portam novam. Cum omni melioramento.

Ex Protocollo Pitta Notarij.
existente in Archivo Collegij Spp. Notariorum

1330.

1314

Anno Domini Millesimo CCC XIIIJ. Indictione XIJ. die sexto exeunte Februario. Presentibus dnis Odolrico de Cucanea. Fulchero de Savorgnano. Johanne de Pulzinico. Jacobo Zanno. de Fontebono. Johanne filio dni Thome de Pertinstein. Arturico de Pramperch. Paulo q.m dni Bojani de Civitate, et Alberto filio q.m dni Rodulfi de Goricia testibus, et alijs. Fredericus filius olim dni Endriotte de Castro Utini fuit confessus, et contentus se recepisse, ac integre habuisse nomine mutui a Raynerotto qui fuit de Venzono morante in Civitate Austria quinquaginta Marcas denariorum Aquilegensium novorum: Renuncians exceptioni non habite, non recepte, ac numerate pecunie, et omni legum et juris auxilio tam canonico quam civili. Quam pecuniam dictus debitor per se suosque heredes cum obligatione bonorum suorum mobilium, et immobilium, presentium, et futurorum, et omnium dampnorum, et expensarum litis, et extra refectione, ac interesse dicto creditori suisque heredibus, vel cui commiserit integraliter solvere ac reddere, et dare promisit et stetit fide prestita manuali nomine sacramenti usque ad proximum Festum beati Georgij per totam diem. Sub pena quinquaginta librarum veronensium parvorum. Qua soluta vel non presens Instrumentum obtineat plenum robur. Pro quibus omnibus attendendis precibus dicti debitoris, et pro ipso, memorato creditori dnus Odolricus, et Paulus Bojani testes superius nominati in parte ac toto extiterunt fidejussores. Renunciantes omni legum et juris auxilio, quo se possent a dicta fidejussione tueri. Qui dnus Odolricus fide prestita manuali nomine sacramenti, et prefatus Paulus in verbo veritatis promiserunt quod si dicta pecunia in prefixo termino integraliter non fuerit persoluta ipsi intrabunt in aliqua hostaria seu albergaria de Civitate Austria, nec ab inde discedent absque voluntate, et consensu creditoris predicti donec ipsa pecunia fuerit integraliter persoluta, et nihilominus licitum sit ipsi

creditori suisque heredibus, et cui commiserit absque nun:
tio, et licentia cuiuslibet potestatis sive dominij accipere,
vendere, ac in se tenere de bonis tam debitoris, quam
fidejussorum, et cujuslibet ipsorum in solidum usque
ad plenam solutionem, et satisfactionem sortis, pene,
dampnorum, et expensarum ac interesse. Ita quod
de dampnis et expensis, venditione, ac valore pignorum
et sortis perceptione credatur soli verbo creditoris
sine sacramento aut alia probatione quacumque.
Nec valeat dicere debitor se velle fidejussores in ra:
tione extrahere de fidejussione predicta; sed eos, et
ipsorum quemlibet possit dictus creditor in omni lo:
co, et sub quovis Iudice tam seculari quam ecclesi:
astico convenire. Nulla quoque solutio vel satis:
factio predictorum probari vel ostendi possit, nisi
hac carta cancellata, vel alia inde facta per bonum,
et legalem Notarium quinque testibus presentibus de com:
muni partium voluntate. Nec hujus Instrumenti copia
peti possit, nec ei aliquatenus contradici in Iudicio
sive extra. Actum in Civitate Austria. In stupa
domus olim dñi Asquini de Varmo.

Et ego Conradus de Vrino Imperiali aucto:
ritate Notarius predictis interfui, et ro:
gatus scripsi.

1330.
Moneta

Anno Dominice nativitatis M. CCC. XXX. Indictione XIIJ. die [illegible] mensis Maij: In Civitate Austria in Palacio Patriarchali: Presentibus testibus Venerabilibus Viris dnis Fratre Johanne Abbate Monasterij Rosacensis, et Petro Mora de Mediolano Rectore Ecclesie Sancte Marie de Turri Mediolanensis diocesis Vicarijs suprascripti dni Patriarche, et dno Odolrico de Strasolto Plebano Lavariani, dno Guilielmo de -, Magistro Gualterio de Civitate, Gasparrino de Novate habitante in Utino, et alijs. Venerabilis Pater dnus Paganus Patriarcha predictus dedit discreto Viro Thomasio filio q.m dni Pini de Anellis de Parma recipienti pro se et Petro fratre suo, Bencivenne, Manno, Pacino de Florentia cive Parmensi, et alijs, quos sibi associare voluerint ad cudendam monetam novam, quam idem dnus Patriarcha vult facere fieri de novo in Civitate Aquilegie et cum eodem Thomasio stipulanti suo nomine, et predicto convenit pactis, et stipulationibus infrascriptis. Videlicet quod idem Thomasius pro se et predictis socijs promisit eidem dno Patriarche cudere monetam in Aquilegia per annum continuum, et completum incipiendum a festo Sancti Michaelis proxime venturo bonam et puram, frixachensem scilicet de uncijs Quinque et Quarterijs Tribus et dimidio boni et puri argenti pro quolibet Marcho, de qua moneta debent esse in quolibet Marcho solidi XVIIJ. numero et pondere, et ponderati, et coequati singuli denarij ipsius monete quando inciduntur et cuduntur. Nec expendatur de ipsa moneta nisi prius de quacumque stossa fiat sazium in pondere, et in igne. Quod sazium debeat esse de una Marcha in pondere, et de uno quarterio uncie in igne. Debent enim decem et octo solidi in pondere facere Marcham. Quod si essent denarij IIIJ. plus, aut IIIJ. minus comprobentur boni denarij. Si autem fuerint IIIJ. plus teneantur in sequenti stossa eos facere de IIIJ. minus et econverso. quod si aliter reperiretur moneta, que facta foret contra talem formam, iterato debeat in ignem mitti, et iterum fundi, et meliorari. Item quod ipse Thomasius, et socij teneantur, et debeant facere, seu fieri facere sazium in igne de uno quarterio uncie, quod est grane Centum quadraginta quatuor pro Quarterio, et debeant reddere pro Quarterio de argento predicto granas Centum quinque

et. iij. terzierios grane, et dimidiam. Et si reperiretur granas duas plus, vel minus approbentur boni denarij. Et si fuerint due minus teneantur in sequenti scorsa facere duas magis, et econverso. Quod si contra fieret debeat dicta moneta iterato in igne mitti, et meliorari. Item teneantur et debeant dare et reddere prefato dño Patriarche, vel ejus factoribus de qualibet Marcha denariorum, quos fecerint solidos. iiij. parvorum, dandos et solvendos eidem quotiens scorsam fecerint. Item quod ipse dñus Patriarcha teneatur et debeat dictis Magistris monete prestare domum, in qua fieri faciant ipsam monetam, et hoc in Civitate Aquilegie. Item quod teneatur facere bannizi omnes alias monetas, ita quod nullus presumat emere vel vendere seu aliquod forum facere ultra summam Quinque solidorum denariorum parvorum nisi in predicta moneta. Item quod teneatur mittere dñis et Communibus totius Istrie, ut predicta moneta possit in dictis terris expendi, veluti in Civitatibus et locis Forojulij, idest cum eodem cursu. Item quod dicti Magistri monete teneantur et debeant habere unum Sazatorem ad asazandum dictam monetam que fiet. Qui quidem sazator debet esse salariatus per eosdem Magistros. Item quod prefatus dñus Patriarcha teneatur habere unum Superstantem apud dictos Magistros, qui continue videat vice ipsius dñi Patriarche, et teneat omnes denarios sicut fient de die in diem in potestate sua donec de eis fiat sazium ut predicitur, et simul cum, et quacumque persona voluerint examinet et prevideat dictam monetam in omni scorsa si sit ut esse debeat, alioquin non expendatur, sed iterum in igne mittatur. Item quod ipse dñus Patriarcha teneatur securare, et securos facere Magistros predictos, et omnes suos familiares per totum districtum ipsius dñi Patriarche, ita quod possint secure cum argento moneta, et mercandaria ire per omnes Civitates seu loca sua et stare, et etiam redire absque aliquo dampno, Quod si contingeret teneatur de camera sua restituere si aliter ablata recuperare non possent, dum tamen dicti Magistri, vel sui familiares petant licentiam ab ipso dño Patriarcha, vel alio, seu alijs quem, vel quos ad hoc deputaverit. Item quod dicti Magistri teneantur habere et tenere continue in ipsa moneta libras Ducentas Venetorum grossorum ad minus cum ista aditione, quod si impedimentum aliquod superveniret, aut de guerra, aut infirmitate Magistrorum monete

aut ex

aut ex defectu recuperandi argenti, seu alio quocumque impedimento legitimo videlicet expediendi monetam, dummodo continue predicta summa librarum. CC. grossorum tam in argento quam in moneta sit in dicto opere ad illud non teneantur. Item quod dicti Thomasius, et socij, vel unus aut duo ipsorum cum Magistris ipsius monete teneantur stare continue in Civitate Aquilegie, vel alios dimittere loco ipsorum ibidem, et continue facere laborare dictam monetam bene, et legaliter secundum cursum consuetum. Item quod ipse dñus Patriarcha teneatur facere preconizari et banniri per totum forumjulij, et districtum suum, quod nullus portare presumat extra forumjulij aliquod argentum seu bolzonum sub pena perdendi illud tale argentum. Cujus pars tertia sit ipsius dñi Patriarche, alia tertia accusatoris, et reliqua tertia dictorum conductorum et Magistrorum. Item quod quilibet portans argentum dictis conductoribus et Magistris seu ad fabricam monete aut bolzonos possit ire venire stare et redire per totum forumjulium, et jurisdictionem dñi Patriarche predicti cum personis, et rebus eorum tute et absque eo quod molestentur, vel molestari possint occasione aliquarum represaliarum, vel aliarum causarum, que dici, vel cogitari possent, dummodo non sint rebelles vel inimici eiusdem dñi Patriarche. Item quod dicti conductores, et Magistri habeant auctoritatem faciendi cudi Parvulos qui sint de liga Quinque Quarteriorum argenti fini pro Marcho, In quo Marcho veniant de ipsa moneta, et sint numero libre Tres, et Duo solidi. Et si fuerint solidi. y. plus vel minus approbentur boni. Et fiat saxium de uno Quarterio ipsorum, in quo debent esse grane. xxy. et dimidia argenti fini. Et si essent duo plus vel minus similiter boni reputentur. Et dare debeant de lucro ipsi dño Patriarche pro quolibet Marcho solidum unum parvorum. Item fuerunt in concordia ipsi dñus Patriarcha, et conductores, quod si ipse dñus Patriarcha voluerit ut faciant alias monetas a predictis, quod eas facient de predicta prima liga frixachensium, et respondebunt eidem dño Patriarche de lucro pro quolibet Marcho prout respondebunt de ipsis frixachensibus prout majores vel minores erunt denarij.

Ex Protocollo Eusebij de Romagnano

[illegible]

M.CCC. XXX.

Petrus Mora de Mediolano Vicarius generalis Venerabilis Patris dni Pagani Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarche Venerabili viro dño Melio de Prato Archidiacono Castellano Vicario generali Reverendi Patris dni Fratris Hugonis eadem gratia Iustinopolitani Episcopi Salutem in Domino sempiternam. Constitutus in presentia Venerabilis Patris dni nostri dni Pagane Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarche, et nostra Lambertus de Soldanerijs de Florentia, qui habitat Iustinopolim pro se, et Zenobio Fratre suo querelam exposuit continentem, quod vos ad petitionem dni Rogerij de Mediolano procuratoris Mengolini Sacheti de Insula, et Dominici de Insula tutoris filiorum olim Dimote de Sclavara de Insula mandastis ipsis fratribus tamquam fideicommissarijs quondam Rugerij de Soldanerijs de Florentia per litteras vestras patentes quatenus infra tres dies proximos sequentes deberent solvere ipsi procuratori nomine predictorum quorum est procurator certas summas pecunie pro restitutione usurarum, quas extorserat, ut dicitur, dictus quondam Rugerius de Soldanerijs ab eisdem. Quod si non facerent in eos ex tunc excomunicationis sententiam protulistis. Et quia ipsos fratres fideicommissarios proponentes coram vobis certas legitimas causas, quare ad id non tenebantur, audire, et easdem causas sive exceptiones admittere noluistis ad dictum dnum Patriarcham, et sedem Aquilegensem ante finem dicti tridui appellarunt. Vosque nichilominus, appellatione hujusmodi non obstante eos excomunicatos fecistis publice nuntiari. Quare monemus vos semel, secundo, tertio, et perhemptorie, vobisque sub excomunicationis pena districte precipimus, et mandamus, quatenus si dicta appellatio interposita fuit, ut predicitur, intra predictum triduum, cum per eam suspensa fuerit sententia excomunicationis in litteris vestris prolata, jamdictos Lambertum et Zenobium denuntiari faciatis per Ecclesias publice non ligatos. Et cum pendente appellatione predicta, quam ijdem Lambertus, et Zenobius intendunt prosequi coram nobis, vestrum conquiescat officium in causa, seu causis predictis non procedatis ulterius. Sed si vestrum intenditis processum defendere. XV.ª die non feriata a receptione presentium numeranda, ad quam etiam alteram partem citamus ubicumque erit Curia dicti dni Patriarche, compareatis per vos, vel per procuratorem idoneum coram nobis, facturi, et recepturi super hijs, quod ordo dictaverit rationis. Quem terminum unum pro tribus, et perhemptorium assignamus, ut parcamus partium laboribus, et expensis. Alioquin in

negotio, et contra vos prout de jure fuerit procedemus. Quod si dies termini diem inciderit feriatam, sequens non feriata suppleat vices ejus. Datum apud sanctum Vitum in Patriarchali Castro die. XV.IIIJ. Junij. Indictione. XIIJ.

Ex Protocollo Eusebij de Romagnano notarij penes se existente Carolus Fabricius descripsit.

Paganus &c. Dilecto nobis Lapo Amedei de Florentia comoranti Glemone Salutem in Domino. Cum tu de salute propria, ut asseritur cogitans credas te et recognoscas habuisse in diocesi nostra de male ablatis incertis usque ad hodiernum diem circa summam librarum. CC.^arum^ parvorum, pro restitutione ipsorum maleablatorum ad nos, ut teneris, habuisti recursum ipsasque libras CC.^tas^ nobis causa restitutionis hujusmodi libere tradidisti. Ideoque ex officii nostri debito ab ipsis maleablatis incertis usque ad hodiernum diem absolutum ac liberum perpetuo te reddimus, et quietum. Datum Utini. XV. Decembris. M.° CCC.° XXX.° Indictione. XIIJ.^a^

Ex eodem Protocollo Eusebij idem Fabricius descripsit.

1331 20 Gen.°

In nomine Domini Amen. Anno ejusdem Nativitatis. Millesimo Trecentesimo Tricesimo Primo Indictione Quartadecima. Die dominico vicesimo mensis Januarij Utini in domo habitationis infrascripti Symonis. Presentibus religiosis viris dn̄is Fratre Viviano de Vincentia Priore Conventus Predicatorum de Utino fratre Anzuto ejusdem Conventus. ac dn̄is Francisco Custode ecclesie de Utino, Federico q.m dn̄i Constantini de Sevorgnano. Magistro Rodulfo medico. Bruno de Florentia. Francisco de Florentia Utini comorantibus Lappo Bombene habitatore Glemone. Guezello notario filio dn̄i Damiani de Portugruario, qui moratur Utini testibus, et alijs pluribus. Symon Bombene, qui fuit de Florentia Utini comorans, sanus mente licet esset egritudine aggravatus de salute propria cogitans confessus fuit, ac in presentia predictorum, et mei notarij infrascripti publice recognovit se manifestum et notorium usurarium fuisse, et per usurariam pravitatem, quam exercuit, extorsisse usque ad quantitatem sive summam Quadrigentarum librarum denariorum Venetorum parvorum, et de suo errore hujusmodi penitentiam postulans promisit dn̄o Francisco Custodi predicto recipienti nomine Venerabilis Patris dn̄i Pagani Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarche, quod de cetero non fenerabit, nec usuras exercebit, vel petet, aut recipiet; Receptas autem usque ad prefatam summam, et ultra si de majori quantitate constabit, restituet integraliter, atque stabit, et parebit in totum mandatis dn̄i Patriarche, et ejus Vicarij secundum quod repertum fuerit, aut per instrumenta, vel testes, aut per quaternos Symonis antedicti. Librosque sive quaternos suos, in quibus scripta sunt mutua, et receptiones hujusmodi usurarum consignabit, et dabit dn̄o Patriarche, vel Vicario suo, ut recognosci valeat, quibus fuerit hujusmodi restitutio facienda. Quod si forte morte preventus hec adimplere non posset, voluit, et precepit ut per heredes suos adimpleantur predicta. Obligans ad hec pro predictis faciendis omnia sua bona mobilia, et immobilia ipsi dn̄o Custodi nomine predicto recipienti, et michi notario infrascripto ut persone publice stipulanti vice et nomine omnium, quorum interest, vel interesit Omni juris auxilio, quo contra hec defendere, vel tueri se posset expresse renuntians. Relinquens etiam pro incertis libras. C. denariorum venetorum parvorum dandas et consignandas dicto dn̄o Patriarche, et juxta ipsius arbitrium distribuendas. Pro predictis autem omnibus, et singulis adimplendis fidejussores fuerunt in parte, et toto Perocius filius dicti Symonis, Lappus Bombene frater ipsius Symonis, et dn̄us Federicus de Sevorgnano Renuntiantes &c.

Ex Protocollo Gabrielis q.m Henrigini de Cremona existente penes admodum Rev.dm D. Petrum Varianum.

1333

Die lune 6° mensis Maij 1333. ind. p[ri]ma

[illegible] Ven. Viris DD. [illegible] Jacobo [illegible] de [illegible] ordinis [illegible] conventus [illegible] [illegible] Belasaino [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] Comitatus [illegible], [illegible] de [illegible] ex Venito [illegible] de [illegible] [illegible] rogatis.

Providus Vir [illegible] Silvester [illegible] notarius [illegible] qui [illegible] de [illegible] sanus mente [illegible] corpore languens [illegible] suum [illegible] bonorum [illegible] [illegible] [illegible] ordinatione [illegible].

In primis quidem elegit sibi sepulturam apud locum S. Petri [illegible] de [illegible] quod sepultura fiat [illegible] de bonis suis, sicut convenit [illegible] [illegible].

Item legavit [illegible] [illegible] dicti Conventus pro remedio anime sue [illegible] quatuor denariorum [illegible].

Item legavit [illegible] S. Petri [illegible] de qua fuit [illegible] [illegible] [illegible].

Item Conventui [illegible] Minorum de [illegible] [illegible] viginti

Item Ecclesie maiori S. Adriani de [illegible] [illegible] quadraginta

Item Hospitali S. [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] viginti

Item Ecclesie S. Stephani de [illegible] [illegible] decem

Item monasterio S. [illegible] de [illegible] de [illegible] [illegible] octo

Item Ecclesie S. [illegible] de Villa [illegible] de [illegible] [illegible] octo

Item Ecclesie S. [illegible] de Villa [illegible] [illegible] octo

Item [illegible] S. [illegible] [illegible] duodecim

Item Hospitali S. Nicolai de [illegible] [illegible] octo

Item Ecclesie S. [illegible] de Castro [illegible] [illegible] duodecim

Item Ecclesie [illegible] [illegible] octo

Item Monasterio S. Quirini [illegible] oc.

[illegible] S. [illegible] [illegible] octo

Itẽ. Hospitali de Castello Utini libras octo.
Itẽ. Ecclesie de Gradudi in marcã unã dicte monete que
  convertatur in ornamentũ & fabricã ipsius Ecclesie
Itẽ. Ecclesie Sti Petri de Puteo libras XI
Itẽ. Ecclesie Sti Bartolomei prope civitatẽ libras VIII
Itẽ. Ecclesie Sti Michaelis de Buttrio libras VIII
Itẽ. Ecclesie Beate Marie de Utino libras XXIIII.
Itẽ. legavit Philippo nepoti suo marcas duas dicte monete
Itẽ. fratri ipsius Philippi marcã unã eiusdẽ monete.
Itẽ. Presbitero Andree de Porto Gruario confessori suo libras XI.
Itẽ. Nobili viro domino Tesa Zerdeiano libras XI.
Itẽ. reliquit domine Benvenute eius uxori dotem et ...
  cũ lectum, lecto, drapis et ornamentis spectantibus ad ornamen-
  tum lecti et pannos suos et ultra dotem et ...
  e i di suis legavit de bonis suis marcas X. monete predicte.
Preterea voluit et legavit quod dicta uxor sua sit Domina
  et massaria et Usufructuaria bonorum suorum donec vixerit
  et lectum suum viduale custodierit.
In ceteris vero Bonis suis heredes suos instituit Aquilegien.
  Ecclesiam, nec non Agnetem eius filiam et Nicolaum nepotem
  et uxori sua asserebat pregnantem, quodlibet pro tertia
  parte, ita quod ille seu illa ... nasciturum debeat pro
  dotibus dicte Agnetis computatis in parte sua. Et si contin-
  geret dictos quidem decedere sine legitimis heredibus voluit
  et ordinavit quod superstites heredes eidem in portionibus
  succedant. Et ad premissa omnia et singula exequenda
  esse voluit Commissarium suum huius testamenti dominum
  dominum Patriarcham futurum seu Vicarium vel Administratorem
  aut factum qui pro tempore fuerit Ecclesie Aquilegiensis
  dans eidem plenam licenciam et liberam potestatem.

...

conditione quidem ipsius [illegible] vel alterius personę possit sua auctoritate de bonis Testatoris ipsius vendere, alienare, et obligare pro predictis omnibus, et singulis exequendis, et adimplendis.
Et hanc suam ultimam voluntatem asseruit esse velle quam valere voluit iure Testamenti, et si iure [illegible] non valet, saltem valeat iure codicillorum, vel cuiuscunque ultimę voluntatis, quo melius valere, et tenere potest.
Actum Utini in domo habitationis dicti [illegible]

I.H.

[illegible] Extractum fuit ex quodam libro in folio existente in Archivio venerabilis [illegible] Utini inscripto. Quaternus Actorum mei [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] dicti [illegible] [illegible] ad quem eiusdem Archivij [illegible] aliena manu [illegible] et facta [illegible] in fidem cum signo [illegible] Utini die Mercurij 6. Iulij 1661

Antecedens Testamentum ex alio consimili Autentico existente in Libro in folio [illegible] cooperto inscripto [illegible] Rev.di Capituli Utinensis in Causa cum Capitulo Civitatis Austrię occasione [illegible] (: / [illegible] [illegible]) [illegible] invenitur ad folium 43 tergo et 84 propria manu [illegible] extractum [illegible] [illegible] Utinensis [illegible] in [illegible] die 4. [illegible] 1756 et signavi de [illegible]

1334 –

Bertrandus, Dei, et Apostolicę Sedis gratia Sanctę Sedis Aquilegen. Patriarcha. Ad perpetuam Rei memoriam. – Inter alios solicitudines
De Rub 890. Nostras illa potissimum mentem Nostram perurget, ut in Ecclesijs Nostris Nostrę ordinationi comissis, et in locis Insignibus constitutis cultus diuinus, sicut excreuit Populus augeatur. – Dudum siquidem pię memorię Iñocentius Papa quartus Patriarchę Aquilegien. predecessori Nostro proprio nomine non expresso Apostolicas concessit litteras in hac forma. – Iñocentius Epūs servus servorum Dei Venerabili Fratri.... Patriarchę Aquilegien. salutem, et Apostolicam benedictionem. Cum sicut in Nostra proposuisti presentia constitutus: Dilecti Filij.... Prepositus, et Capitulum Ecclesię S.ti Odorlici Ecclesiam ipsam, prò eò quod sita est, in loco non tuto ad securum locum uidelicet Castrum Vtini in spiritualibus, et temporalibus tibi pleno Iure subiectum transferre desiderent. Tuque Preposituram Ipsam cupias augmentare: Nos deuotionis tuę precibus inclinati añectendi eidem Preposituręe Plebem Ipsius Castri plenam tibi concedimus auctoritatem presentium facultate. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostre comessionis infringere, uel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare presumpserit, Indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius sè nouerit incursurum. dat. Lugdunen. XII Kalendas Augusti Pontificatus Nostri año tercio. – Quia igitur iñundantibus supradictum Predecessorem, et alios successores eius, qui fuerunt usque ad nos negotijs nullus eorum negotium huiusmodi añexionis ad effectum deduxit Nos quamuis in promotionis Nostrę ad dictam Ecclesiam Aquilegien. primordio rederet eorundem negotiorum inundatio non minus attonitos exitati frequentibus Cleri, et Populi exortationibus intendere cepimus Vnioni, seu Añexioni iam dictę; et habito super hoc cum dilectis Filijs Canonicis Nostris Capitulo Ecclesię Nostrę Aquilegien. predictę diligenti tractatu de Ipsorum Consilio, et assensu Plebem, seu matricem Ecclesiam Sancti Odorici dictę Terrę Vtini Nostre Diecesis, quę nunc sub Beatę Marię uocabulo nuncupatur uulgariter, et eam de cetero sic nuncupari decernimus, ubi diuina gratia fauente multitudo excreuit fidelium Collegiatam ordinaria autoritate erigimus, et ppetuo Collegiatam esse decernimus. Sique Preposituram dictę S.ti Odorlici iuxta Turmentum eiusdem Nostre Diecesis, seu

seù Ecclesia Ipsā cū omnibus Iuribus, et pertinentijs suis tā eadem
auctoritate ordinaria, quā etiā Apostolica supradicta quà fungimur
in hac parte incorporamus, Añectimus, et Vnimus, adque de loco ubi
sita est prò eò quod ibi non est tutta ad dictā Terrā Vtinen. quę Insignis
est, et p Dei gratiā benè tuta transferimus, et de cetero translatam
cesemus Manere: Statuentes, et ordinantes, quod eadē Ecclesia Sanctę
Marię Vtinensis, Collegiata p Nos, ut pręmittitur cū adiectione dictę
Prępositurę, et hijs quę inferius eidē addicimus de nouo errecta, dein=
=ceps extincto nomine Custodis, qui prius erat maior in ea, p Decanū
qui caput sit Capituli et de Auentionibus duplicē portionē recipiens,
Animarū curā habeat, de cetero gubernetur, eodē Custode Fran^{ci}.
scilicet quò aduixerit Canonico remanente; ita quod suo tempore
prebendā, et alia que solebat recipere cū duplicitate recipiat. Is
autē qui nunc pręfatā Prępositurā Sancti Odorlici iuxta Tulmentū
obtinet, Franciscus uidelicet della Turre, mutato nomine Prępositi
sit pręfate Ecclesię Sancte Marię Vtinensis Decanus omnesque pre=
=fatę Prępositurę Canonici sint de cetero pręfatę Ecclesię Sanctę
Marię Canonici; et tā Ipse Franciscus Decanus, quā Ipsi dictę Prepo=
siturę Can^{ci}: Canonicatuū, et Prebendarū quos obtinent in Prępositura
pręfata quamdiù in ipsis uixerint cū ea integritate percipiant, cū qua
hactenus perceperunt cū onoribus, et Iurisdictionib; solitis. — Eis autē
cedentibus, uel decedentibus tā dicti Fran^{ci}: Prępositi, quā eorumdē Ca=
=nonicorū cedentiū uel decedentiū Prebende in dictā Ecclesiā Vtinensē
Collegiatā perueniant, et eorū successoribus assignentur, prius tamē
prò eisdē Prębendis adequatis cū Prębendis quę erant antea in dicta
Ecclesia Vtinen. — Et hęc quia deficiunt in eadē Ecclesia Vtinen. Officia
neccessaria, sine quibus nec honorifice nec congruè stare potest, Sacris=
=tia uidelicet, et etiā Cantoria. Nos pensatis omnibus quę attendenda
sunt in talibus, et exquisitione diligenti pręhabita Plebem siue Ecclesiā
Sancti Ioañis Euangeliste de Variano eiusdē Nrę Diœcesis ad ordinationē
Nostrā similiter spectantē in qua sunt Plebanus, et clericus auctoritate
ordinaria de dictorū Capituli, et Canonicorū Nostrorū Consilio, et
assensù ipsi Ecclesię Vtinen. añectimus, et unimus, ac eosdē Plebanū
mutato nomimine Sacrista, Clericū uero Nostrū Cantorē eiusdē
Ecclesię Vtinen. de nouo creamus; ita quod ipsi Sacrista, et cantor habeant
et

et percipiant fructus, et redditus ipsius Plebis sicut hactenus perceperunt:
Ne autem Cura Populi, seu alia Spiritualia, tam in Ipsa Plebe, quam iam dicta
Ecclesia S.ti Odorici iuxta Tulmentum negligere uideamur, decernimus, et ordinamus,
quod in utramque earumdem Vnus perpetuus existat Vicarius Presbiter uidelicet,
qui per nos, et Successores Nostros instituatur, et destituatur ibidem quoties
fuerit opportunum. — alij uero Presbiteri titulari sine filiarum Ecclesiarum
dictarum Plebis, et Ecclesiæ in suis prioribus remaneant Iuribus quorum etiam
Institutionem, et destitutionem Nobis, et eisdem Successoribus reseruamus.
Insuper cum sicut ad Nostram peruenit notitiam bonæ memoriæ Gregorius præ=
=decessor Noster excertis causis non Iustis nec rationabilibus medietatem red=
=dituum Ecclesiæ supradictæ S.tæ Mariæ Vtinen, quæ Plebs S.ti Odorlici tunc temporis
uocabatur eidem Ecclesiæ, suisque ministris nulla seruata Iuris solemnitate
subtraxit, Ipsamque medietatem Archidiacono Aquilegen, qui tunc erat, et suis
Successoribus assignauit, Volentes Ecclesiæ prædictæ indemnitatibus prouidere Ipsamque
uelut matricem Insignis, et Populosi loci honoribus, et prouentibus augmentare
dictam assignationem, quæ de facto non de Iure processerat añullamus de Nostri
capituli prædicti Consilio, et assensu, dictamque medietatem redditum, quam
uigore prædictæ consignationis Aquilegien. Archidiaconus sibi hactenus
indebite uendicauit in quibuscumque rebus, uel Iuribus consistere dinoscatur
auctoritate ordinaria de consilio tamen, et assensu Nostri Capituli memorati
et ad Ius proprietatem eiusdem Ecclesiæ Vtinen. reuocamus, decernentes quod de
fructibus, et obuentionibus ipsius Medietatis fiant duæ portiones æquales, quarum
Vna inter Decanum, et Canonicos residentes, qui tamen Diuinis officijs interfuerint
pro quotidianis distributionibus diuidantur: de Altera uero quattuor costitu=
=antur Prebende, pro quattuor Canonicis uidelicet Tristano nato Fedrici de Sauor=
=gnano, Nicolao Fabrielis quondam henregini de Pistorijs de Cremona, Francisco missotti
de Meduno, et Raij Mundino Iacobini de Pahona Clericus Vtinen, quos ex nunc
ad præditas Prebendas ultra numerum consuetum ibidem Canonicos de nouo consti=
=tuimus, et creamus. Insuper statuendo decreuimus quod quotiescumque Dignitas
Decanatus in Ecclesia prædicta Vtinen. uacabit ellectio Decani ad Capitulum Ipsius Ecclesiæ
spectet, confirmatione tamen Ipsius nobis in omnibus reseruata. — Porro quando
continget Decanum uel aliquem Canonicorum Ecclesiæ prædictæ Vtinen. decedere primi
fructus, et obuentiones primi Añi post ipsum decessum integraliter sicut uiue=
=rent, et diuinis officijs interessent pro Añiuersario in ipsa dumtaxat
Ecclesia celebrando per Capitulum debeant resseruari, et de ipsis aliquæ possessiones
emantur, quarum redditus, et prouentus singulis añis inter Decanum, et Canonicos
Añiuer=

Aniuersario fideliter interessentes diuidantur In quorum omnium Testimonium presentes litteras seu publicum Instrumentum per Petrum Ioannis de Bahono Notarium infrascriptum scribi, et publicari mandauimus, et Nostro sigillo pendenti muniri.

Datum et Actum in predicta Ecclesia sub anno Nativitatis Dominicę 1354 Indictione 2da Presentibus Venerabilibus et discretis Viris Domino Fratre Ioanne Abbate monasterij Rosacensis et Domino Fratre Giberto Abbate monasterij mosacensis Diocesis prefatę Aquilegiensis Domino Guielmo Decano Aquilegensi Domino Guidone de Manzano Decano Ecclesię Sanctę Marię Ciuitatensis Diocesis predictę ac Domino Fratre Albertino Custode conuentus Ordinis Fratrum minorum Vtinensis Fratre Paulo de mantua eiusdem Conuentus, et Fratribus Artusio de Brazzacho Priore, et Gregorio lectore Conuentus ordinis Fratrum Predicatorum Vtinensis ac Dominis Guielmo maierani Decretorum Doctore, Gerardo Regis Priore de Sauma Caualicensis Diecesis, Guielmo de Saluagnacho Rectore Ecclesie de Abbate Tolosani et Guielmo Bertrandi Rectore Ecclesie Sancti Martini de monte Egrino Capellanis Ipsius Domini Patriarchę Domino Morando de Porcilijs Canonico Aquilegiensi, ac Dominis Odorico de Cuchanea, Hectore de Sauorgnano, et Guielmo de Griusimpach millitibus nec non Gerardo nato dicti Odorici de Cuchanea, Federico Sauorgnano, et Hermano, et Endrico fratribus de Carnea Philippusio, et Thoma fratribus de Ciuitate habitatoribus Vtinensis Odorico Notario de Vtino, Magistro Francisco de Vtino Gramaticę proffessore, magistris Bonauentura, et Manino Phisicis de Vtino, et alijs quam pluribus tam Clericis, quam laicis in multitudine copiosa ad premissa uocatis specialiter, et rogatis die, uigesimo tertio mensis Decembris Anno Natiuitatis Domini, et Indictione supradictis etc.

Et ego Petrus Ioannis de Bahono Clericus Tervisinus Publicus Apostolica, et Imperiali Auctoritate Notarius predictis omnibus et singulis una cum supradictis Testibus et alijs pluribus presens interfui, eaque de mandato dicti Reverendi Patris Domini Patriarchę ac rogatus scripsi, et in hanc publicam formam redegi, sigilloque meo consueto signaui in testimonium premissorum etc.

Omissis etc.

S.N.

Premissa consistentia in paginis XII presenti comprensa ex consimilibus existentibus in quodam magno Processu cooperto cartono albo segnato A. iam formato inter Reverendissimum Capitulum Ciuitatis Fori Iulij una, et Reverendissimum Capitulum Vtinense ex altera custodito in Archiuio eiusdem Reverendissimi Capituli Ciuitatem mediante aliena michi fida manu extraxi. Ego Sebastianus Paciani Ciuis et Collegiatus Notarius Ciuitatis Fori Iulij predictę, factaque diligenti auscultatione de uerbo ad uerbum ideo bene concordare inueni manu propria me subscripsi authenticaui, et cum solito meo Tabellionatus signo muniui etc. D. O. M. die ... 1717

1334.

Anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo quarto Indictione secunda die tertio decimo intrante Junio Presentibus Nobilibus viris Dominis Federico de Villalta, Nicolao filio olim Dñi Folcherij de Prodolono, Lu . . . . . de Utino, qui nunc moratur in Castello . . . . . ssulo filio naturali dicti dñi Federici testibus ad hec vocatis, et rogatis et aliis.

Nobilis vir Dñus Nicolaus de Castello pretio, et foro centum septuaginta Marcarum Denariorum Aquilegensium, quod totum ibidem coram testibus suprascriptis, et me Notario subscripto contentus fuit, et confessus habuisse et recepisse, ac sibi integre solutum, datum, et numeratum fuisse a Dño Bertulo Dñi Tomasij de Sancto Daniele. Renuntians exceptioni non dati, non habiti, non soluti, non recepti, et non numerati sibi dicti pretij tempore hujus contractus, et omni legum, et juris auxilio, et omni alio suo iuri tam canonico, quam civili sibi competenti, vel competituro, cum quo, vel cum quibus a predictis omnibus se aliqualiter tueri vel defendere posset, proprium jure proprij, et feudum jure feudi pro se, suisque heredibus in perpetuum dedit, vendidit, tradidit, et de feudo, si est, investivit ipsi Dño Bertulo ementi, et recipienti pro se, suisque heredibus, vel cui darent bona infrascripta. In primis in Canali de Guart de Cargna bona, que reguntur per Nicolaum nepotem Peicci de Avosto; et solvit annuatim nomine fictus in Festo Sancti Georgij Denarios sex Aquilegenses, in Festo Sancti Michaelis libras triginta novem Casei ad stateram Curie, in Festo Nativitatis Domini Denarios quatuordecim Aquilegenses, in vincula Sancti Petri Castronum unum. Item in eodem loco bona, que reguntur per Vecellum Pucher dicti loci; et solvit fictus annuatim in Festo Sancti Georgy denarios novem Aquilegenses, in vincula Sancti Petri dimidium Castronum, in Festo Sancti Michaelis libras triginta septem Casei, et in Festo Nativitatis Domini denarios decem septem, et dimidium Aquilegenses. Item bona, que reguntur per Fruzerum, et fratrem filios q.m Norandi, qui solvunt annuatim fictus in Festo Sancti Georgij denarios sex Aquilegenses, in vincula Sancti Petri Castronum unum, in Festo Sancti Michaelis libras quadraginta Casei, in Festo Nativitatis Domini denarios vigintitrex Aquilegenses, et Baculos quinque Panni. Item bona que reguntur per Frizerium de Cros, pro quibus solvitur annuatim fictus in Festo Nativitatis Domini decem Marcas denariorum Aquilegensium. Item bona, que reguntur per Conradinam Viduam, pro quibus solvitur annuatim fictus in Festo Sancti Georgij denarios trex Aquilegenses, in vincula Sancti Petri dimidium Castronum, in Festo Sancti Michaelis libras . xxxij . Casei, et in Festo Nativitatis Domini denarios vi . Aquilegenses

et Baculos quinque Panni. Item in Canale Pedracij bona, que reguntur per Paulum de Luch, qui solvit annuatim fictus in Festo Sancti Georgij denarios sex Aquilegenses, in vincula Santi Petri Castronum unum, in Festo Sancti Michaelis libras quadraginta Casei et in Festo Nativitatis Domini denarios decem Aquilegenses. Item bona, que reguntur per Nicolaum de Luch, pro quibus solvuntur denarios sex Aquilegenses in Festo Sancti Georgij, in vincula Sancti Petri unum Castronum, in Festo Sancti Michaelis libras quadraginta Casei, et in Nativitate Domini denarios decem Aquilegenses. Item bona, que reguntur per Romanum de Aluaris, et solvit fictus annuatim in Festo Sancti Michaelis libras triginta novem Casei, in vincula Sancti Petri unum Castronum, in Nativitate Domini denarios octo Aquilegenses. Item bona, que reguntur per Johannem de Aluaris, pro quibus solvitur annuatim fictus in Festo Sancti Georgij denarios octo Aquilegenses, in Festo Sancti Michaelis libras triginta novem Casei, et in Festo Nativitatis Domini denarios octo Aquilegenses. Item bona, que reguntur per Jacobum de Regulatis, qui solvit annuatim fictus in Festo Nativitatis Domini denarios quinquaginta quinque Aquilegenses. Item bona, que reguntur per Franciscum de Villa de Trava, et solvit annuatim fictus in Festo Sancti Georgij denarios quadraginta Aquilegenses, et in Festo Sancti Michaelis denarios quadraginta Aquilegenses. Item bona, que reguntur per Jacobum dicti loci, pro quibus solvitur annuatim fictus in Festo Sancti Michaelis libras sexdecim Casei, et in Festo Nativitatis Domini denarios quadraginta quinque Aquilegenses. Item bona, que reguntur per Tricum dicti loci, et solvit annuatim in Nativitate Domini denarios quatuordecim Aquilegenses. Item bona, que reguntur per Travanunium dicti loci, pro quibus solvitur annuatim nomine livelli in Festo Nativitatis Domini denarios viginti Aquilegenses. Item bona, que reguntur per Johannem de Lignides, qui solvit annuatim fictus in Festo Sancti Georgij denarios triginta Aquilegenses. Item bona, que reguntur per Candidum q.^m^ Pizolati de Ponzas, pro quibus solvitur fictus annuatim in Festo Nativitatis Domini denarios viginti quinque Aquilegenses, et in vincula Sancti Petri Castronum unum. Item Nicolaus Decanus de Vasta cum suis socijs solvunt de Colecta in Festo Sancti Georgij libras viginti Denariorum Aquilegensium, et in Festo Sancti Michaelis alias viginti libras Denariorum Aquilegensium. Item Andreas de Verzegnes cum socijs suis solvunt de Colecta in dictos terminis Marcas quinque, et dimidiam Denariorum Aquilegensium. Item quilibet, qui habet Porcum solvit duas spatulas. Cum omnibus et singulis, que dicta bona habent super se, intra seu infra se integre a Celo usque ad abissum, cum sediminibus, Domibus, Curijs, Ortis Bajarzijs, Campis, Pratis, Silvis, Pascuis, Pasculationibus, Piscationibus, Venationibus

Accupationibus,

Accusationibus, Aluvijs, Vitibus; Arboribus, Fossatis, Oreis, Andronis, Maseorijs, Vijs, Aquaeductibus, Aquarumve decursibus, Terris cultis, et incultis, cumque jure, et actione, usu seu requisitione reali, et personali, utili, et directa, tacita vel expressa, servitute, dominio; honore, commodo, et utilitate sibi pro dictis rebus venditis modo aliquo spectanti, vel pertinenti de jure, vel de facto. Ad habendum tenendum, possidendum, dandum, vendendum, donandum, locandum, permutandum, obligandum, alienandum, quod est feudum infeudandum, et quod est proprium pro anima, et corpore judicandum, et quicquid ei, et ejus heredibus, vel cui darent, placuerit deinceps perpetuo faciendum, sine omni contradictione, et impedimento dicti venditoris, ejusque heredum, vel alicujus alterius persone salvo tamen jure feudi, si est; Et si dicta bona vendita plus valerent ipso pretio, illud plus idem venditor pro se, suisque heredibus ipsi emptori, et ejus heredibus, vel cui darent, donavit donationis nomine, que dicitur inter vivos, et non causa mortis, non valens ipsam donationem ulla in parte ingratitudinis contrarietate, sive causa revocare, et totum, quod de predictis est feudum, investivit eundem, sicut bona supradicta; que quidem bona dictus venditor se ipsius emptoris nomine precario constituit possidere, donec de ipsis corporalem acceperit possessionem, quam accipiendi, et retinendi deinceps omnimodam ei licentiam contulit, atque dedit Et quod de predictis est feudum dictus venditor per se suosque heredes renuntiare promisit in manu Domini, vel Dominorum, a quo, vel a quibus feudum istud de jure spectat infra unum mensem postquam a dicto emptore, vel ejus heredibus fuerit requisitus, et dare operam efficacem bona fide suis proprijs expensis, quod dicti Domini, vel Dominus eum, vel eos de dicto feudo investiant, et facere cum refutatione, et investitura hujusmodi quicquid per ipsum emptorem, vel ejus heredes precipietur eidem. Quare emptor paratus fuit ipsi venditori sacramentum omagij, et fidelitatis facere, tamquam Vassallus facere tenetur Domino suo; quod sacramentum dictus venditor ei remisit pro gratia speciali, et pepercit non prejudicando rationi dicti emptoris. Promisit quoque dictus venditor per se, suosque heredes ipsi emptori, et ejus heredibus de dictis bonis venditis, vel de aliqua ipsorum parte litem, vel questionem aliquam non facere, vel movere, nec moventi consentire, sed ipsa bona ei, et ejus heredibus, ab omni homine, persona, Ecclesia, Collegio, Universitate legitime defendere, manutenere, auctorizare, ac in solidum disbrigare in ratione, nec contra predicta, vel aliquod predictorum ullo tempore facere,

vel venire ratione aliqua, dolo, fraude, ingenio, seu causa de jure, vel de facto sub obligatione omnium suorum bonorum presentium, et futurorum et damni omnis, et expense refectione litis, et extra, credendo de damnis, et expensis solo verbo emptoris sine sacramento, testibus, vel alia probatione legitima ac etiam sub pena dupli dictorum bonorum venditorum, vel meliori pro tempore minus quinque solidis parvorum in singulis capitulis stipulata: que vero pena toties possit peti, et exigi cum effectu, quoties contrafactum fuerit, ea que soluta vel non presens Instrumentum, omniaque in eo contenta nihilominus suam stabilem obtineant perpetuo firmitatem. Pro quibus omnibus, et singulis attendendis, et firmiter observandis precibus ipsius venditoris, et pro ipso super omnibus ejus bonis ipsi emptori, et ejus heredibus Dnus Federicus de Villalta testis supradictus in solidum extitit fidejussor, et legitimus manutentor, et defensator in solidum in ratione sub bonorum suorum omnium ypotecha, ac etiam sub pena supradicta; renuntians dictus manutentor omni legum, et juris auxilio, et omni alio suo juri tam canonico, quam civili sibi competenti, vel competituro, cum quo, vel quibus a predictis omnibus se aliqualiter tueri, vel defendere posset. Fuique per ipsum venditorem eidem emptori ego Franciscus Bajamons Notarius nuntius tenute assignatus.

Actum in Castro Sancti Danielis in domo supradicti Domini Bertuli emptoris.

Ego Tomas q.m Tebaldi de Tebaldis de Venetijs auctoritate Imperiali Notarius Publicus ex commissione mihi facta per Reverendum Patrem, et Dnum Dnum Bertrandum divina inspiratione Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcham secundum quod in notis filij mei Francisci Bajamontis inveni rogatus scripsi.

Ex Autographo; quod a Nobili Dno Carolo de Varmo superiori servatur.

In u
evogr
pulái
concer
et oc
Bona
prim
us I
Zava
Truma
unam
y. so

Vini
iouv
Do
Brom.
Sp
ginav
rem
nux c
de g
hille
Galli
et n
masi

Hos
Tuile
pulis
evogra
Libers
Bausi
dem a
ibus
ae ex
Augus
rum,
et rec
et ser
Quas
gi de
oblig
nobil
In ce
posor
resny
nec

@ 129.

In un Inventario fatto al Hermanno di
Cuogna nel 1341. Ind. viiij nel giorno pe-
nultimo di Maggio sono nominati li beni
contenti ~~nel~~ come segue ~~cioè il censo che si riportaron~~
~~ed oltre le Biade~~

Bona autem suprascripta sunt hec. Im-
primis mansus unus iuxta Cavolanum ver-
sus Portam Fevlanam qui nunc regitur per
Cavatolum de quo solvit unum starium
Frumenti, unum star. Millij, unum star. surgi,
unam spatulam, unam Gallinam. x ova.
ij. sold. denar. ij. ploria, et medietatem
Vini. Item unus Mansus in loco qui di-
citur Sclavon, qui regitur per Dominicum
dictum Peson de dicto loco, et solvit duo staria
Frumenti. ij. star. Millij, ij. star. surgi,
ij. spatulas. j. gallinam. x. ova. V. sold.
denar. ij. Ploria, et medietatem Vini.
Item unus Mansus in Fossa blaba, qui
nunc regitur per Odoricum de dicta Villa
de quo solvit j. star. Frumenti, j. star.
Millij. j. star. surgi, ij. spatulas, j.
Gallinam. x. ova. vij. sold. ij. Ploria
et medietatem vini. Etc. seguitano altri
mansi, ~~nelli~~ scritti quali non si pagano soldi de denari

@ 305.

Nos Bertrandus miseratione divina sancte sedis
Aquilegensis Patriarcha notum facimus universis, et sin-
gulis presentes litteras inspecturis quod pro plena et
integra solutione, et satisfactione stipendij, quod a nobis
habere debent Nobiles Viri Ortulfus, et Leopoldus de
Rautemberch ratione servitiorum exhibitorum per eos-
dem cum certa gentis armigere comitiva tam in par-
tibus Istrie quam Foriiulij nostre Aquilegensis Ecclesie,
et exhibendorum usque ad finem presentis mensis
Augusti, necnon et totalis emende equorum mortu-
orum, et devastatorum ibi et eorum socijs Profitemur,
et recognoscimus ipsis Ortulfo, et Leupoldo dare debere
et teneri Centum Marchas Veterum solidorum
Quas sibi usque ad proximum festum sancti Geor-
gij dare, et solvere per presentes promittimus sub
obligatione omnium bonorum Ecclesie Aquilegensis
mobilium et immobilium presentium, et futurorum
In cuius rei testimonium presentes fieri iussimus
nostri sigilli impressione muniri Datum in Castro
nostro sancti Danielis XXVj. Augusti Anno domi-
nice nativitatis MCCC. XXXV. Indic. iij.

D 337.

C 337.

4.7. sett.[re] ~~sept~~ 1335. Viginti quinque Marchas <u>Veterum</u> <u>solidorum</u>

(ou) @ 1338

Da un Protocollo di Gubertin di Novate
Nella libraria di S: Daniello, segnato di
fuori = Gubertini de Novate Note
Tom: XXXIX. M-SS . @.106.

Noverint universi presentes litteras inspe=
turi, quod sancte sedis Aquilegen. dei gra
tia nos Patriarcha Bertrandus tenore pre=
sentium concedimus, et licentiam damus
discreto viro Lentio Lamberti de Civitate
Florentie, ut cum voluntate et consen
su duorum Priorum Artium, et Vexilli=
feri Justitie, ac duorum monete, et Offi=
cialium, et Quinque Consiliariorum mer=
cantie Civitatis Florentie qui sunt, vel
qui pro tempore fuerint, fabricare, et cu=
dere seu fieri facere in Civitate Florentie
duas marchas Frisachen. nostre monete Aquil.
xviij. soldi pro Marcha, et duas Marchas
duplicis monete novem soldi pro qualibet
Marcha, duasque Marchas Mezanorum. xxxvj.
soldi in Marcha, et in qualibet Marcha
tam frisachen., quam duplicis monete, et
mezanorum sint quatuor uncie, et tres
quarterij argenti Venetorum grossorum, ac
etiam marcham unam monete parve, que
sit trium librarum, et sex solidorum, In
qua Marcha sit una uncia argenti su=
pradicti. Que quidem Monete sint forme
et cunij ejusdem, cuius est ad presens
moneta nostra, ponendo in eadem moneta
quam ipse Lencius faciet unum lilium in
pectore Aquile, per quod ipsa moneta di=
scernatur a nostra. In cujus rei testi=
monium &c. Datum Utini in nostro Pa=
triarchali Palatio die. xvij. mensis Oc=
tobris Anno Dni M. CCC. XL. Ind. viij.

@.119

@. 119

Immediatam.te dopo una carta data alli ... Feb.o 1341. Ind.e VIIII. seguita la seguente senza data perche vi manca il fine.

... Sancte sedis Aquilegen. Dei gratia Patriarcha Reverendus notum fore volumus universis tam presentibus quam futuris, quod ad augmentum status nostre Civitatis Aquilegie intenementer mentem nostram efficacius dirrigentes volumus et presenti pagina statuimus et ordinamus, ut nullus publicus vel manifestus usurarius habitans, vel habitaturus in Civitate Aquilegie de pecunia quam mutuaverit alicui Civi vel habitatori civitatis ejusdem accipere audeat vel presumat pro septimana (nihil ultra) unum Frix. de Marcha. Forensi autem non ultra Frix. cum dimidio. Si vero super pignoribus huiusmodi Usurarius mutuaverit ad minutum non possit de marcha accipere in septimana ultra duos Frixacenses aliqua ratione Quos quidem usurarios nullis impositionibus collectis vel exactionibus molestare vel aggravare promittimus in vita vel morte ipsorum nec heredes eorum Ipsis vel eorum heredibus seu affinibus usuras restituentibus, vel securitatem prestantibus ydoneam de restituendis iuxta decedentium facultates. Item quod quelibet persona sui iuris habitans in Civitate Aquilegie vel ejus districtu possit de bonis suis proprijs testari et legare iuxta voluntatem suam absque alicuius contradictione. et si aliquo tempore personam aliquam habitantem in Civitate Aquilegie vel ejus districtu ab intestato mori contigerit carentem heredibus an ascendentibus, vel descendentibus ab eadem Collaterales vel alij proximiores ipsius, qui de iure debebunt, huiusmodi decedenti succedant Inhibentes districtius Vicario Patriarcae, et alijs Officialibus nostris quibuscumque qui nunc sunt vel pro tempore fuerint in Civitate predicta, ne in predictis vel ipsorum aliquo, se modo aliquo

Cosi termina senza data

1336.

In Christi Nomine Amen Anno a Nativitate ejusdem M.CCC.XXXVJ. Indictione IIIJ. Die XXVIJ. Mensis Aprilis. Reverendus in Christo Pater, et Dnus Dnus B (Bertrandus) Dei gratia sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha juxta morem Predecessorum suorum ad fabricationem, et constructionem nove Monete Aquilegensis sub ejus nomine diligenter intendens, Confisusque de probitate, et fidelitate discreti Viri Dyni Clari Cornachini de Florentia, de cujus industria, et providentia laudabile testimonium percepit, ipsum Dynum super hujusmodi moneta cudenda, et facienda magistrum constituit et officialem suum: Ita quod ipse, et socij sui, quos secum habere voluerit bonos tamen, et legales ad opus predictum dictam monetam cudere debeant et cudi facere legaliter et prudenter cum pactis, modis, et conditionibus infrascriptis Videlicet. In primis quod ipse Dynus, et socij debent facere fieri, et facere monetam bonam, et puram videlicet de uncijs IIIJ. argenti venetorum grossorum, et tribus quarterijs pro qualibet Marcha, de qua Moneta debent XVIIJ. Solidi ponderare Marcham unam, et de ipsa moneta minime possint expendere nisi de quacumque scossa prius fiat sazium in pondere, et igne; quod sazium debeat esse de una Marcha in pondere, et de uno quarterio uncie in igne. debent enim in pondere XVIIJ. solidi facere Marcham unam, quod si essent denarij sex magis, aut sex minus aprobentur boni denarij: Si vero sex magis teneantur in sequenti scossa dos facere de sex minus, et e converso, quod si aliter reperiretur, moneta que facta foret contra talem formam iterato debeat in ignem mitti, et iterum fundi et meliorari. Item quod idem Dynus, et socij debent facere seu fieri facere sazium in igne de uno quarterio

Ex Protocollo Gumbertini de Novate Not: qui mutilum hoc Instrumentum in suis Notis reliquit.

1339
Maestro di scuola di Cividale.

Da un Protocollo in 8° mancante nel principio, e nel fine Not.° Niccolò da Cividale si conserva appresso di me.

M.CCC.XXXVIIIJ. Indictione VIJ.

Die .X. exeunte Julio in Civitate austria in statione Franciscini apothecarij de Bononia comorantis Civitat. Presentibus ipso Franciscino, et Lippo ejus filio, Johanne q.m dni Odolrici de Atens, Vinciulo dicto Ziotto q.m Bartholomei Zussi de Villa de fabri de terreno pravor dyocesis Tridentine commorante Civitat et alijs. Pasinus filius Petriboni de saono superiori Plebanus Blezij dyocesis Tridentine pro mistuo de puro Capitali fide prestita manuali nomine sacramenti dare et solvere promisit et stetit Magistro Bartholomeo Regenti scolas in Civitate Centum et Octuaginta libras Veronensium parvulorum, usque ad festum Pentecostes proxime venturum sub pena .XX. librarum parvorum. Pro quibus &. Predictus Ziottus testis in parte, et toto extitit fidejussor Promittens fide prestita manuali nomine sacramenti dare pignus &. Insuper se vocaverunt convictos &. et quod Mathiussius preco Civitat sit nuncius ad accipiendum de bonis eorum & cum omni meliovamentis.

1341
Usure

Anno Domini Millesimo Tricentesimo Quadragesimo primo Indictione nona die undecimo Maij Presentibus Dño Henrico q.^m Dñi Mathie de Carnea, Nicolussio q.^m Dñi Federici Orbiti, Magistro Francisco gramatice Professore, Dño Gabriele, qui fuit de Cremona, Zanutis notario, et Morondo q.^m Valesij omnibus de Utino testibus et alijs pluribus. Congregato Consilio, et hominibus de Consilio terre Utini ad sonum Campane super domo Consilij more solito de voluntate et mandato nobilis viri Dñi Bertrandi de Morterio Capitanei Utini, Gulielmi Procuratoris Communis Utini, necnon dicti Consilij, et omnium hominum de Consilio predictorum volentium infrascriptum debitum contrahi pro evidenti utili, et necessaria causa expensarum faciendarum pro dicto Communi. Ibique Missius filius Hermanni de Ramanzacho Camerarius dicti Communis Utini nomine et vice dicti Communis, et cum obligatione omnium bonorum dicti Communis presentium, et futurorum, et omnium dampnorum, et expensarum litis et extra reffectione, ac interesse, se obligando Tucio q.^m Zanche de Florentia commoranti in Portunaone recipienti pro se, suisque heredibus, et cui Ius suum dare voluerit, promisit dare, reddere, ac restituere dicto Tucio recipienti, ut dictum est, dehinc ad unum annum proxime futurum, et completum Quadraginta Marchas denariorum Aquilegensis monete nomine mutui, quod totum ipse Camerarius nomine ipsius Communis fuit confessus et contentus a dicto Tucio integre habuisse, et recepisse, et in utilitatem dicti Communis dictam pecuniam conversam esse. Renuntians quoque dictus Missius Camerario nomine dicti Communis exceptioni sibi non dati, non habiti, et non recepti dicti mutui tempore hujus contractus, et omni legum, et Iuris auxilio, conditioni indebiti, exceptioni doli mali, in factum actione . . . . Privilegio, et omni alij Iuri competenti, vel competituri dicto Communi. Et de predictis omnibus, et . . . . Camerario nomine dicti Communis Utini antedicto Tucio recipienti pro se suisque heredibus . . . .
in omni terra et loco, Videlicet Utini, Glemone, Aquilegie, Venecijs, Portunaonis, et generaliter ubicumque locorum Creditor petiverit dicto Communi, et sub quocumque Iudice, et dicti debiti totius vel partis nec pactum, nec inducias, nec finem, nec remissionem probare, nec solutionem ejusdem debiti, nec hujus Instrumenti Copia peti possit, nisi per hanc Cartam cancellatam, aut per aliam solutionis manu fidi notarij factam quinque testibus presentibus de communi partium voluntate. Sub pena duarum Marcharum dicte

monete: Qua soluta vel non presens Instrumentum, et omnia in ea contenta plenum robur obtineant. Et de predictis omnibus et singulis prefatus Missius Camerarius nomine et vice dicti Communis vocavit se a dicto Creditore fore convictum, ac si eum Camerario nomine dicti Communis oblato libello, et lite contestata per laudum et sententiam diffinitivam juste, et rationabiliter convicisset. Actum Utini super domo Consilij.

Et ego Thomasinus q.m Magistri Nicolai Ferratoris de Utino Imperiali auctoritate Notarius hijs omnibus interfui, et rogatus scripsi.

Ex Autographo in membrana existente penes Carolum Fabricium, qui manu propria descripsit.

Ex Tomo XV. Camerariorum Communis Civitatis Utini existente in Archivo Cancellarie ejusdem Civitatis.

Infrascripta sunt recepta habita a Missio Camerario filio Hermanni de Ramanzacho tempore sue Camerarie ab hominibus et personis subscriptis.

Omissis &c.

Recepit a Fucio comorante in Portunaone nomine dicti Communis mutuo sub usuris in ratione. XX. pro centenario, et habet ipse Fucius Instrumentum de duplo scriptum manu Thomasini notarij sub Millesimo. iii^c. xlj^o. die. xj. Maij de Marchis xl. } Marc XX.

M. ccc. xlvij.

Die Lune xxvij. Augusti

Super facto Privilegiorum Terre Utini de eo quod Fratres Minores, et Predicatores volunt habere situs, et livella in Terra Utini et faciunt diruere domos: Quod elligantur quatuor, qui habeant privilegia, et Consulant sapientes, ac etiam exemplentur ipsa privilegia, et dentur per certas domos, providebitur Consilio et scribantur qui habuerunt dictas Copias.

Electi

Dnus Gabriel
Venutus Notarius
Nicolussius Orbiti

Die Lune X. Septembris. 1347

De eo quod exposuit ille de facto muri, quem Fratres Predicatores destruere procurant. Determinatum fuit quod eligantur duo, vel tres, qui consulant.

Electi

D: Benevenictus
Venutus Notarius
Magister Franciscus.

Die Veneris Septimo Decembris. 1347.

Super eo quod dixit Stephanus de Campomolle de eo quod Fratres Predicatores sibi faciunt de Muro suo Quod duo elligantur qui dicant Fratribus.

Electi

Guillelmus
Ursinus

Post relationem predictorum Ordinatum fuit, quod Capitaneus faciat capere laboratores qui proiciunt Murum infra

Vadant Capitaneus, et Iurati.

Die XXj. Septembris. 1349.

Deliberatum fuit quod illi quatuor Fratres Ordinis Sancti Petri martiris de Utino, qui sunt contrarij Comuni, et

hominibus Vrini expelli debeant hodie per diem de Terra per Majorem eorum de Vrino, aliter per homines predictos et Commune.

1350. Indictione Tertia.

Fratri Francisco sacre Theologie Professori, ac Priori Generali Lombardie inferioris Ordinis Fratrum Predicatorum.

M°. CCC°. LXj. Ind. XIIIj.

Die Vltimo Aprilis.

Super eo, quod petierunt Fratres Ordinis Predicatorum lapides Muri. Deliberatum fuit quod si intendunt fieri facere Cisternam quod dentur lapides, aliter accipiantur pro muro Communis.

M°. CCC°. LXXIIj°. Indictione Decima.

Die Lune nono Augusti.

Super propositis per Fratrem Franciscum Ordinis Fratrum Predicatorum de Vrino supplicantem quod scribatur Provinciali, et Diffinitoribus, quod Commune Vrini consentit, et desiderat Capitulum celebrari in Vrino. Deliberatum fuit quod scribatur ipsis juxta petita.

M°. CCC°. LXXIIIj° Indictione Duodecima.

Die undecimo Mensis Septembris.

Super proposita per Fratrem Ulricum Ordinis Fratrum Predicatorum petentem, sibi subveniri. Deliberatum fuit quod ei subveniatur. sibi dandis per Camerarium pecunia Communis de centum libris Veronensium parvorum, ut gratia Divina faciente perveniat ad Magestatem sancte Benedicte Scientie Teologie

M. CCC. LXXVIIj°. Indictione Prima.

Die XXIIj. Mensis Novembris.

Super propositis pro parte Conventuum Fratrum Minorum, et Predicatorum super reconciliatione Ecclesiarum dictorum Conventuum.

Millo. CCC. LXXX°. Indictione Tertia.

Super propositis per Dominum Fratrem Gabrielem Ordinis Fratrum Predicatorum de Vrino petentem a Communi auxilium, qui iturus est ad studium generale in Bononia, quod fiebat Parisijs ibi translatum.

Deliberatum

Deliberatum fuit quod ob reverentiam Divini Numinis,
ac respectu probitatis et scientie ejusdem Fratris Gabrielis, ut
ad apicem veri Theologie Magistratum possit attingi, sibi
per Commune dentur in auxilio sui studij libre quinqua-
ginta Venetorum parvorum, hoc tamen modo quod Cameri-
varius ex nunc prout ex tunc Camerario nomine dicti Com-
munis Utini obligando bona dicti Communis, et ipsum
Commune firmiter promittat illi persone, que eidem Fratri
Gabrieli subvenerit de dictis quinquaginta libris parvorum
sibi solvendis ad presens restituere in fine anni venturi
post guerre presentis expirationem expiratis per pacem,
vel treugarum suspensiones aut aliquo alio modo

M.CCC°.LXXXI°. Indictione quarta
Die Veneris XXVIII Aprilis.

Super propositis per Ven. Virum Fratrem Blasium Priorem
Ordinis Fratrum Predicatorum de Utino exponentem ex parte
Ordinis Fratrum Predicatorum de Civitate Austrie et ex parte
Ordinis Fratrum Predicatorum de Utino quod per summum
Pontificem dictum Papam est concessa gratia quod.
Deliberatum fuit quod eidem complaceatur et scribatur
summo Pontifici ex parte Dni Capitanei, et Consilij.

M.CCC°.LXXXII°. Indictione quinta
Die Veneris VII Martij

De Fenestris Ferreis construendis in Mo-
nasterio Sancti Petri Martiris versus Gurgitem.

Deliberatum fuit quoniam Fratres Ordinis Sancti Petri Martiris
gravantur facere fenestras Ferreas cum multe sint Fenestre
et maxime cum expense, quod ad presens non debeant
gravari Fratres, quoniam si gravarentur recusarent cele-
brare, Debent deputari quatuor. Secundum quod fuerunt
deputati Videlicet: Ser Gerbonus, Dyetalmus, Nicolucius Zer-
bini, et Margharitus Brugerius, qui vadant ad dictum
Monasterium, et videre debeant Fenestras, et aliquas face-
re otturare cum lapidibus, et aliquas facere ferrari
secundum quod eis videbitur complacendo Fratribus
dicti Conventus.

1382.

1382. Die Veneris XV.° Septembris.

Super facto Fratrum Predicatorum, et Minorum.

Deliberatum fuit quod debeat fieri mandatum precipue Fratri Bartulo, ut debeat celebrare aut recedat, et non debeat subvertere alios Fratres, et quod Fratribus Minoribus debe at gratias agi de bona fortitura habita erga nos; et quod deberet scribi Provinciali predictorum Fratrum ut per mictat ipsos Fratres

Et deputati fuerunt.

1382. Die Veneris XVIIII. Septembris.

Super facto Cisterne fiende per Fratres Predicatores. Deliberatum extitit quod debeant deputari duo boni Viri, et rogent gentes quod dent auxilium faciendi predictam Cisternam, et quod Communis predictis Fratribus provideri secundum consuetudinem hactenus observatam.

Deputati fuerunt super predictis Iacomatius ab Anidibus, et Nicolaus Candidi ...

M.° CCC.° LXXXIII.° Indictione septima.

Die Lune Penultima Februarii

Super propositis per Priorem Fratrum Predicatorum de Cisterna quam intendunt facere in Conventu eorum.

Electi fuerunt ad consulendum ser Nicolaus Domini Gabrielis, Monachinus, ser Nicolaus Manini, Iacomatius.

M.° CCC.° LXXXVIII. Indictione XI.ª

Die Lune octavo Iunii.

Super propositis per religiosum Virum Fratrem ... Priorem Ordinis Predicatorum supplicantem Consilio ut Calices duo Ordinis dudum ... Communi eidem Ordini dignum facere ...

Determinatum et deliberatum fuit, quia Christoforus q.ᵐ Cignotti ipsos pro pignore Centum Ducatorum habuit hoc pacto quod transactis tribus mensibus ipsos Calices ad fenus sumptibus Communis pignorare posset, et sic transactis dictis tribus mensibus ipsos Calices pignoravit Nicolussio Bevilaque habens necessitatem pecuniarum, et pro fenore solvit Ducatos viginti duos, et soldos quindecim quod dicti XXII. Ducati, et soldi quindecim dentur

solvanturque

solvantur que per Camerarium Communis Vini dicto Christofano quam primum fieri poterit, et luantur dicti Calices, et dantur Ordini predicto.

M. ccc°. lxxxxv. Indictione Tertia.

Die. xj°. Mensis Junij.

Super propositis per Ven: Virum Dnum. . Provincialem Fratrum Predicatorum petens Caritativum subsidium super expensis fiendis pro Capitulo Provinciali. Determinatum fuit quod pro subsidio Caritativo dentur Ducati quinquaginta. .

M. ccc°. lxxxxvj°. Indictione Quarta.

Die xx iij°. Mensis Junij.

Super propositis per q Nicolaum Marini conquerentem contra Jacobum Marangonam quod non perficit opus Sacristie Sancti Petri Martiris unde supplicavit provideri. Diffinitum fuit quod sibi fiat Mandatum sub sub pena XXV. librarum, quod ipsum opus hinc ad Festum Sancti Hermacori proxime futurum debeat perfecisse.

1396. Die Veneris Septimo Julij.

Super propositis per Magistrum Jacobum Archarium asserentem qualiter quod, ut audivit, alias determinatum fuit quod sibi fieret Mandatum, ut deberet facere, et complere Armarium Sancti Petri Martiris, quod Mandatum sibi fuit factum nimis ad brevem terminum scilicet usque ad Festum Sancti Hermacore, unde supplicavit quod sibi suppleretur major terminus infra quem facere possit. Diffinitum fuit quod usque per totum Mensem presentem debeat fecisse sub pena duarum Marcarum

M. ccc. lxxxxvij°. Indictione Quinta.

Die Veneris XXV. Mensis Maij.

Super propositis per q Franciscum de Cavalcantibus supplicantem Consilio, ut dignetur eidem facere gratiam, ut possit facere unam Fenestram ferratam post domum sue solite habitationis super Colle Fratrum Predicatorum. Determinatum fuit quod dictus q Franciscus fabricare possit dictam Fenestram cum Modoglonis lapideis ferratam ut lucem habere possit in domo sua lucidiorem primo.

M. cccc. Indictione Octava.

Die Veneris tertio Mensis Decembris.

Super propositis per Dnum Andream de Monticulis, et alios suos Colleges Deputatos proponentes quomodo Provincialis Fratrum Predicatorum pro parte totius Conventus requisivit eos ut darent ei subsidium in hoc, quia hoc anno futuro de mense Maij celebratur Capitulum Generale de Fratribus de eorum ordine, propter quod Capitulum adveniet multi Fratres eorum Ordinis, unde ad hoc ut possint honorifice eos recipere petunt auxilium et subsidium. Deliberatum fuit quod considerato eo, quia Communitas est inops sufficit quod subveniatur eis de quinquaginta Ducatis.

M. ccccj. Nona Indictione.

Die Lune Penultimo Mensis Maij.

Super propositis per Petrum Brede exponentem qualiter Magister Generalis Ordinis Fratrum Predicatorum noviter factus, et creatus, est iturus Romam, quare supplicavit Consilio quod committatur eidem Magistro quod habeat ipsum dnum Pantaleonem ejus Fratrem recomissum, et scribatur etiam Revdo Dno Episcopo Concordiensi, et dno Johanni de Bononia quod habeant ipsum dnum Pentaleonem recomissum. Deliberatum fuit quod fiant litere recomendatorie Dno Episcopo et dno Johanni pro ipso dno Pantaleone.

M. ccccij. Indictione xj.

Super propositis per Venm Fratrem Thomasium Priorem Ecclesie S. Petri Martiris de Utino duo petentem a Communitate Et primo subsidium sibi prestari debere circa quamdam Cisternam in eorum Ordine fiendam nimirum Necessariam secundum quod requirit actio facti. Secundo petit quod deputentur duo Cives hujus Terre cum quibus accedere possit per Terram ad requirendum subsidium ab aliquibus singularibus personis.

Deliberatum fuit quod committatur hoc totum Dnis Deputatis ad regimen, ut super hoc provideant, et sic ibidem eis fuit commissum.

1403. Die Veneris 2. Mensis Novembris.

Super Cisterna edificanda in Conventu Ecclesie Sancti Petri Martiris de Utino Electi fuerunt hij Videlicet

Magister Dominicus Aurifex de Brunatijs
& Nicolaus Bevilaqua
& Odoricus Not. de Carnea.

Qui predicti

Qui predicti debeant sollicitare, et toto posse coadiuvare ut deducatur ad effectum eundo quesitum per Terram nostram auxilium, et suffragium pro ejus constructione.

M°. CCCC°. iiij. Indictione Duodecima
Die Veneris XJ°. Mensis Januarij.

Super propositis per Cherubinum Sartorem exponentem quomodo cum aliàs fuerit Deputatus cum alijs Certis bonis Viris super constructione Cisterne fiende in Ordine Santi Petri Martiris, et Decanus Burgi Slemone fecerit jam per suam Vicinantiam conduci de Sabolono rogavit quod alie Decanie rogentur ut velint etiam facere debitum earum. Tunc comparuerunt ibidem tres Decani Videlicet Burgi Strazzani, Acquilegie, et Draclori, et dixerunt, quod facerent fieri eorum Vicinantias, et hoc proponerent de auxilio dando &. Et quod toto eorum posse coadiuvarent ad faciendum.

1404. Die Lune XXVIIJ°. Mensis Januarij.

Super propositis per S. Johannem de Chaninis exponentem contra Priorem ac Fratres Conventus Ordinis Predicatorum dicendo per hunc modum; Quomodo olim predecessores sui legaverunt certos affictus dicto Conventui, ac dottaverunt unum Altare situm in Capella ubi sonantur Campane in quo, seu super quo raro cellebratur; quare rogabat, quod postquam hic est presens Dnus Prior quod eum deprecent, ut vellit facere fieri debitum dicti Conventus Alioquin toto posse perquiret de acquirendo ac percipiendo pro se dictos afictus eis Fratribus legatos. Tunc dnus Prior, qui ibidem erat presens se excusavit de hoc dicens quod hoc est primum verbum se audivisse super ista materia, sed quod se informaret cum Fratribus suis, et faceret fieri debitum eorum ordinarie.

M°. CCCC°. V. Indictione XIIJ°.
Die Veneris XVJ°. Mensis Januarij.

Super Cisterna facienda in Ordine Sancti Petri Martiris per Fratres dicti Conventus postquam receperunt centum libras soldorum a Communitate Videlicet a S. Johanne de Casinis tamquam Camerario Communis, et Centum adhuc habere debent. Deliberatum fuit quod elligantur quatuor Notabiles Cives hujus Terre, qui vadant ad dictos Fratres, et eis

exponant pro parte Communitatis quatenus velint exe-
cutioni mandare Deliberationem alias factam super
constructione cisterne: Nam Communitas subito eis dabit
alias centum libras soldorum, quas dare debet, et ulterius
pro facto voluit inniti super aqua ut supra, aliter dicta
Communitas contra eos per alium modum providebit. Et
electi fuerunt hij Videlicet:

- Nicolaus de Soldonerijs.
- Johannes de Figenta.
- Nicolussius Bevilaqua
- Honofrius de Benzano

Notandum est.

13.8

1338

1351

Anno Domini a Nativitate ejusdem Millesimo tricentesimo quinquagesimo primo. Indictione IIIJ.ª die vigesimo quinto Augusti. Actum in Civitate Austria in Curia Patriarchali. presentibus Nobilibus Viris Dño Symone de Castilerio. Odorlico filio Dñi Henrici de Strasoldo. Bernardo de Castellono Cancellario Dominorum de Padua, et Alberto q.m & Ducij de Florentia Civitate commorante testibus, et alijs. Discretus Vir Dñus Magister Johannes Physicus de Aquilegia Civitate commorans per se & fidejussit dato manuali nomine sacramenti. dare et solvere hic ad unum annum proximum, et completum. ducentas marchas denariorum Aquilegensium nomine mutui Beltramo q.m Almerici de Pitoryo securitatem recipienti nomine, et vice Sinibaldi, Petri, et Bonacorsij filiorum Dñi Castroni de Bardis de Florentia, vel alteri eorum habenti presens instrumentum non cancellatum pro quibus obligavit pro pignore quamdam suam. magnam domum sitam in Montefalcone, in qua manet Albertus de Montefalcone jure proprio. Item duos mansos in Insula Cervignani, et Ville Tertij, et Murucis rectos per Augustinum, et fratrem de Murucis, et per Paulum et uxorem Jacobi de Villa Tertij rendentes ad usum Curie duas Marchas denariorum, jure ministerij Ecclesie Aquilegensis, et quod ponit transacto termino ubicumque locorum in Forojulio, videlicet in Aquilegia, Civitate, Utini, et Glemone, et alijs locis Forijulij pro quibus extiterit fidejussor & manutentor Margaritus q.m Adalgerij. de Clugia Aquilegie commorans & cum obligatione &, et vocavit se convictum &.

Et Ego Marchus de Civitate Austrie publicus Apostolica et Imperiali auctoritate Notarius - - - - - - scripsi.

Ex Abbreviaturis Marci Notarij servatis in Archivo Notariorum Civitaten., Jo: Dominicus Guerra Canonicus Civitaten. extraxit, mihique tradidit exemplum.

1377

Sancte sedis Aquilegensis Dei gratia Patriarcha Bertrandus. Dilecto nobis in Christo Andree q.m Maynardi de Cormono, salutem in Domino sempiternam. Amplectenda est et pastoralis officij solicitudine prosequenda pie mentis devotio que presertim divini cultus augmentum, et profectum respicit animarum. Sane nobis nuper significare curasti quod tu de salute propria cogitans pro tue parentumque tuorum aliorumque fidelium remedio animarum in ecclesia sancti Adalperti de Cormono nostre Aquilegensis diocesis, unum Altare ad honorem et sub vocabulo beate Marie Virginis gloriose construi facere intendis tuis proprijs sumptibus et expensis; ad cujus operis prosecutionem laudabilem pro substentatione Sacerdotis, qui celebrare debet super ipso Altari de bonis proprijs in dotem et nomine dotis dicto Altari assignasti bona infrascripta. Videlicet. Inprimis unum mansum situm in Cormono rectum per Odoricum de dicto loco qui reddit annuatim staria quinque frumenti. staria quinque Avene. unum starium et dimidium Milei. Gallinas quatuor cum. xl. ovis. et denarios viginti novos Aquilegensis monete. Item unum mansum situm in Rochoyano rectum per Thomadussium de dicta Villa, qui reddit annuatim staria quinque frumenti. staria quinque Avene. staria tria Milei. et quatuor Gallinas cum. xl. ovis. Item unum mansum situm in Bicinico super statam altam rectum per Helerum et Socium ejus de dicta villa, qui reddit annuatim staria decem frumenti. staria viij Avene. staria viij Milei. quatuor gallinas cum. xl. ovis. denarios viginti Aquilegenses, et unam Spatulam porci. Ita quod illud, quod dicti redditus ascendunt ultra valorem duarum Marcharum ad usum Curie, necnon et redditus unius Campi tui siti in Cormono in loco vocato Prasilvagnum, qui solet reddere unum starium frumenti per te dicto Altari assignati pro luminaribus dicti Altaris per memoratum sacerdotem expendi debeant in cera et olleo ad luminaria ejusdem Altaris. Quare nobis humiliter supplicasti, ut propositum tuum hujusmodi gratis dignaremur favoribus acceptare. Nos itaque tuis desiderijs in hac parte annuentes libenter, quod tam pie, et laudabiliter peregisti, et agere intendis in negotio memorato, consensu libero acceptamus, dotemque approbamus predictam de expresso consensu, et voluntate dilecti filij Raymundi Plebani Plebis sancti Adalperti de Cormono in nostra presentia constituti, Ita quod predictum Altare de cetero proprium et

perpetuum habeat Sacerdotem, qui ei famulatum impendat assiduum in obsequijs divinorum, per te quoad vixeris statuendum et nobis nostrisque Successoribus, qui pro tempore fuerint a te et deinde ab heredibus et posteris tuis, seu quibus tu et ijdem posteri ~~ius~~ patronatus legittime donaveris quoties tempus ingruerit presentandum, et per nos ac dictos Successores si fuerit ydoneus et sufficiens confirmandum. qui quidem Sacerdos de oblationibus fiendis in Altari predicto nichil recipere debeat vel habere preterquam de funeribus cum fuerit in dicta ecclesia, et de anniversarijs in quibus interfuerit idem sacerdos, Relique vero oblationes quomodocumque et quandocumque fiende in Altari predicto esse debeant Plebani Plebis superius nominate. In cuius rei testimonium presentes fieri iussimus nostri Sigilli appensione munitas. Datum Utini in nostro Patriarchali Palatio die XIJ. mensis Augusti. Anno Dominice Nativitatis. M.CCCXLVIJ. Indictione XV.

Ex Protocolo Gubertini de Novate existente in Bibliotheca Archiepiscopali.

C
4
b

1738

Millio .iij. xlviij. Indicione Prima

Die Veneris XXV. Aprilis presentibus Dnis Betto dis Savorgnano Henrico de Carnea, Nicolussio Orbitti, Gabriele Not., Magistro Aulino, Leonardo Arcoloniano, Magistro Franchesco, Venuto Not., Joachino, Hectore q.m Odorici Meulitte, Jacobo Nasutti Leonardo dni Antonij, et Brunacio Camerario, et alijs.

Annal: Tom. I. @ 154.

Dnus Johannes Carbonellus ex parte dni nostri dni... Patriarche presentavit Consilio Utini litteras infrascripti tenoris. Sancte Sedis Aquilegen. Dei gratia Patriarcha Bertrandus dilectis nobis Universis Fidelibus habitantibus subditis, et Massarijs in Capitaneatu nostro Utini consistentis Salutem et omne bonum. Significamus Vobis quod Sititum Capitaneatus nostri de Utino cum Iurisdictionibus et Juribus ad ipsam Sititum spectantibus dilecto Domicello nostro Johanni Carbonelli de Sancto Antonio de cujus fidelitate et discretione specialem in Dno fiduciam obtinemus, usque ad nostrum beneplacitum Tenore presentium duximus committendam cum potestate constituendi in Officio Capitaneatus hujusmodi Vicarium loco sui: Quare vobis omnibus et singulis precipimus, et mandamus quatenus durante hujusmodi nostro beneplacito eidem Johanni seu ejus Vicario de predictis omnibus respondere, et parere curetis fideliter tanquam Nobis: Alioquin penas quas rite tulerit in rebelles ratas habebimus atque gratas, et faciemus eas auctore Dno usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dictus namque Johannes nobis juravit ad Sancta Dei Evangelia, quod personas predicti Capitaneatus subditas et quascumque alias ducet rationabiliter per laudum, et sententiam ipsasque aliter non gravabit Appellationes ad Nos, et Curiam nostram interponendas coram eo admittet illas videlicet que fuerint admittende de jure, Utilitatem et Comodum nostrum, et Aquilegen. Ecclesie solicite procurabit et ipsius Capitaneatus Officium in omnibus et per omnia fideliter exercebit. Datum Utini in nostro Patriarchali Palacio Die Vigesimo tertio Mensis Aprilis Anno Dominice Nativitatis Millesimo Tricentesimo Quadragesimo octavo Ind. prima.

1348

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis ejusdem Domini millesimo trecentesimo Quadragesimo octavo Indictione prima die vigesimo octavo Julij. Presentibus Lino olim Andree Folini Leonardo dicto Misindia sartore, Nicolao de Pignaco cerdone Dominico de Pignaco Cerdone, Francischo Capellario, Francisco dicto Comacio Cerdone, Dominico filio Zumitti Pelliparij, Leonardo dicto Rono condam Martini claudi omnibus Utini commorantibus testibus et alijs vocatis, et rogatis. Dancutta filia olim Johannis Coy de Villa Aquilegia Utini de voluntate et consensu Comunij Cerdonis de burgo Glemone ejus viri sane mente, et sensu licet corpore langens suarum rerum et bonorum omnium per presens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit. Inprimis quidem sepeliri mandavit apud ecclesiam sancte Marie Majoris de Utino. Et inter cetera que in dicto suo testamento ordinavit et disposuit tale fecit legatum hijs verbis expressum. Item legavit pro anima sua de voluntate ipsius sui Mariti Marcham unam, et denarios viginta unum de livello in quibus computari voluit Marchas quinque denariorum Aquilegensis Monete de dotibus ipsius Dancutte de voluntate Jacobi fratris sui, ad quem dotium restitutio pertinere videbatur et Johannem ejus nepotem fratrum. Ad faciendum suum Anniversarium annuatim per dictum ejus virum donec vixerit et post ejus mortem Fraternitas Sancte Marie Cerdonum de Utino in hijs plenariam habeat facultatem dispensandi, et distribuendi predicta prout fuerit opportunum, Camerarijs in se retinentibus Denarios octo de dicta quantitate pro ipsorum labore. Pro quo quidem reddito in premium legavit predicto Comunio viro suo jura sua scilicet Morghengabium, et dismontionerai suas. Quod livellum solvi dicebatur primo Denarios quadraginta sex super domo Maurucij Cerdonis de burgo Aquilegie quam habitat, et Denarios quadraginta novem quos sibi solvi dicebat ipse Comunius filium Galicie de dicta Villa Aquilegie. Item super domo Barazutti de Pavia, et terreno sito ibidem libras duodecim denariorum dicte monete In omnibus autem alijs bonis suis mobilibus, et immobilibus presentibus, et futuris juribus, et actionibus heredem suum suum Universalem instituit predictum Comunium ejus virum potentem et volentem. Et hanc suam ultimam voluntatem asseruit esse

velle quam valere voluit jure sui ultimi Testamenti, et si jure testamenti non valet valeat saltem jure codicillorum vel alio jure quo melius valere posset et tenere. Actum Utini in burgo Glemone in domo habitationis Comunis, et Testimonio sigillum predictorum.

Et ego Andreas quondam Leonis habitator Utini Imperiali auctoritate notarius publicus predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

Foglio B.° Aquileja n.° 17.

$$\frac{\begin{array}{r}160\\31\end{array}}{191}$$

Il Livello Legato da Donna Tarcuisa è di Buona Marca, è Danari trenta uno tutto val = Danari n.° 191.

Il qual livello si aveva da risquotere nella seguente maniera
Sopra la Casa di Macarucio ... Danari n.° 46.
Dal Figlio di Galicia ... Danari n.° 49.
Sopra la Casa, e Terreno del Barzutto Lire dodici di Danari, che computato Danari otto per lira sono
Danari n.° 96.
Summa ... Danari n.° 191

1349

Sanctæ Sedis Aquilegien. Dei Gratia Nos Patriarcha Bertrandus ad perpetuam rei memoriam. Si personas religiosas, et Diuini nominis cultores, ad deuotionis, et fidei confouemus augmentum et gratijs, et fauoribus ampliamus, tenemus indubie Dei Omnipotentis gratiam in presenti seculo, et in futuro suorum consequi meritas gaudiorum. Sperantes infallibiliter Ecclesiam nostram una cum credito nobis grege earumdem personarum deuotis orationibus, et precibus conseruari.

Cum itaque Fratres Ordinis Celestinorum, quorum quamuis in terris conuersentur, et habitent potius conuersatio celestis, quam terrestris merito est censenda in terra nostra Utinen. nostræ Aquileg. Diocesis, ut fructum centuplum reducant ad ueri agricolæ aream obtenta sui superioris licentia elegerint mansionem, et cupiant sub eorum sacra, et approbata regula iugiter Domino famulari. Nos qui in eminenti dignitatis specula positi licet inmeriti huiusmodi personas confouere tenemur, hac moti consideratione, et pio ducti affectu Religioso, et honesto uiro fratri Homibono Priori Prouinciali predicti Ordinis Celestinorum, nomine, et uice eiusdem Ordinis recipienti, atque eidem ordini Ecclesiam Sancti Geruasij in Parochia Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Utino nostræ Aquilegien. Diocesis infra ambitum terræ eiusdem cum aliquibus Domunculis, et ortis ibi contiguis de nostra propria emptis pecunia, nostro, Successorum nostrorum, et Aquilegiens. Ecclesiæ nominibus liberaliter elargimur. Concedentes tenore presentium auctoritate ordinaria fratribus predicti Ordinis construendi in dicto Loco Cenobium, et instituendi, ac ordinandi Conuentum fratrum ipsius Ordinis, ad laudem, et honorem Omnipotentis Dei, Gloriosæ Virginis Mariæ Matris eius, atque Sanctorum omnium, sub nomine Sancti Hieronymi Confessoris, et Doctoris Egregij, profectum animarum, atque augmentum deuotionis fidelium, prout altissimi ministrabit

gratia Licentiā et omnimodam facultatē volentes, atque presenti pagina decernentes, quod Fratres prefati Ordinis habitantes in huiusmodi Cenobio, seu Conventu Previlegijs, immunitatibus, et gratijs gaudeant, que ipsis, et ipsorū Ordini concessas et concesse à Sede Apostolica dignoscuntur. Hoc tamen adiuncto non inderrogationē Previlegiorū, et immunitatū ipsorū fratrū, sed causa devotionis, et humilis subiectionis, quod duo ex fratribus dicti Conventus annis singulis visitare limina sanctorum martirū Hermacore, et Fortunati Patronorū nostrorū, et singulis annis in Festo Nativitatis Domini nostri Iesu Christi unū Cereū duarū librarū cere offerre in dicta Ecclesia Sancte Marię de Utino ad Altare maius ipsius Ecclesię teneantur. Et ne forte ipsi Fratres, et Conventus per malignos, et indevotos aliquos molestentur in posterū. Nos eosdem Fratres, Conventū, et Cenobiū in nostra, Successorū nostrorū, et Aquilegienz Ecclię protectione suscipimus, et tutelas. Prefatos nostros Successores hortantes per viscera misericordię Iesu Christi et per eius sanguinis gloriosam aspersionem, ut hanc plantulam per nos divina inspiratione plantatā ipsorū munificentia, et benignitate taliter irrigare studeant, et procurent, quod eius radicibus in virtute radicatis, et fixis Deo incremento prebente ramos devotionis, et fidei valeant uberius ampliare. Ceterū volumus et consentientibus et approbantibus omnia, et singula supradicta per nos ordinata, et facta. Dilectis filijs Raymundo de Utino Vicedecano, Meliorantia de Vincentia, Philipino de Cremona, Nicolao Gabrielis, Ioanne Lucię Nicolao, Petro, Guidone Ioannis de Regio, Simonino de Parma, ac Arnaldono de Trevisio omnibus Canonicis, et Capitulo dictę Ecclię Utinenz ibidē ad hoc vocatis, et congregatis, in-

1349 Sanctę Sedis Aquilegien. Dei Gratia Nos Patha Bertrandus ad perpetuā rei memoriam.

Si personas religiosas, et Diuini nominis cultores ad deuotionis, et fidei confouemus augmentū, et gratijs, et fauoribus ampliamus, tenemus indubiè Dei Omnipotentis gratiam in presenti seculo, et in futuro mercedem consequi merita gaudiorum: Sperantes infalibiliter Ecclesiam nrām una cum credito Nobis grege earundem personarum deuotis orationibus, et precib. conseruari.

Cum itaq. Fratres Ordinis Celestinorum, quorū, quamuis in terris conuersent, et habitent, potius conuersatio celestis, quam terrestris merito est censenda, in Terra nrā Vetinensi nrę Aquil. diocesique fructū centuplum reducant ad veri Agricole aream, obtenta sui Superioris Licentia, elegerint Mansionem, et cupiant sub eorum sacra, et approbata regula iugit. Dño famulari. Nos qui in eminenti dignitatis specula positi, licet inmeriti, huiusmodi personas confouere tenemur, hac moti consideratione, et pio ducti affectu, religioso, et honesto Viro Fratri Homibono Priori Prouinciali pręd. Ordinis Celestinor., nomine, et uice eiusdē Ordinis recipienti, atq. eidem Ordini Ecclesiam Sti Geruasij in Parochia Ecclesię Stę Marię de Veino nrę Aquil. diocesis infra ambitum Terrę eiusdē cum aliquib. domunculis, et ortis ibi contiguijs, de nrā propria emptis peccunia, nostro, Successorū nostrorū, et Aquil. Ecclesię nominibus Liberaliter elargimur. Concedentes tenore presentiū auctoritate ordinaria Fratribus pręd.ti Ordinis construendi in d. Loco Cenobiū, et instituendi, ac ordinandi Conuentū Fratrū ipsius Ordinis ad Laudem, et honorē Omnipotentis Dei, Gloriosę Virginis Marię Matris eius, atq. Sanctorū omniū sub nomine Sti Hieronymi Confessoris, et Doctoris Egregij, profectū animarū, atq. augmentū deuotionis fideliū, prout Altissimi ministrabit gratia, Licentiā, et omnimodam facultatem: volentes atq. presenti pagina decernentes, qd Fratres prefati Ordinis habitantes in huiusmodi Cenobio, seu Conuentu priuilegijs, imunitatibus, et gratijs gaudeant, quę ipsis, et ipsorū Ordini concessa, et concessę à Sede

Apostolica dignoscuntur. Hoc tamen adiuncto, non in derogationem priuile-
giorum, et imunitatum ipsorum Fratrum, sed causa deuotionis, et humilis subiectio-
nis, quod duo ex Fratribus d. ~~Ordinis~~ Conuentus annis singulis uisitare Limina
Sanctorum Martirum Hermacore, et Fortunati Patronorum nostrorum, et singulis
annis in Festo Natiuitatis Dni nri Iesu Christi unum Cereum duarum Librarum
cere offerre in d. Ecclesia Ste Marie de Vtino ad Altare Maius ipsius Eccle-
sie, teneantur. Et ne forte ipsi Fratres, et Conuentus per malignos, et inde-
uotos aliquos molestentur in posterum, Nos eosdem Fratres, Conuentum, et Cenobium
in nra, Successorum nostrorum, et Aquil. Ecclesie protectione suscipimus, et tutelam
prefatos nros Successores hortantes per uiscera misericordie Iesu Christi, et
per eius sanguinis gloriosam aspersionem, ut hanc plantulam per Nos, diuina
inspiratione plantatam, ipsorum munificentia, et benignitate taliter irriga-
re studeant, et procurent, quod eius radicibus in uirtute radicatis, et firmis
Deo incremento prebente, ramos deuotionis, et fidei, ualeant uberius amplia-
re. Ceterum uolumus, et consentientibus, et approbantibus omnia, et singula
supradicta per Nos ordinata, et facta, dilectis filijs Raymundo de Vtino
Vicedecano, Meliorantia de Vincentia, Philippino de Cremona, Nicolao Gabriele
Ioanne Lucie, Nicolao, Petro, Guidone Ioannis de Regio, Simonino de Parma,
ac Arnoldono de Treuisio omnibus Canonicis, et Capitulo d. Ecclesie Vtinen. ibidem
ad hoc uocatis, et congregatis, instituimus, et ordinamus, quod si aliqui quan-
predicti Fratres se decreuerint, aut ordinauerint sepeliri, Capitulum d. Ecclesie
de Vtino percipere, et habere debeat medietatem omnium funeralium
que fient in die funeris, et non ultra.

In quorum omnium testimonium, et euidentiam clariorem predicta omnia per
Paulum Curie nre Notarium Instrum scribi, et publicari iussimus, et

nostri

nostri Sigilli appensione muniri.

Acta sunt hec in pred.ª Curia Sci Servasij: Anno Dnice Nativitatis. 1349.
Ind.ª 2.ª Die. 28. mensis Octobris. Presentibus Ven: et Sap: Viris Dnis Fratre
Gilberto Abbate Monasterij Mosacensis, Matheo Plebano Laybacensi Aquil.
Diocesis, Iacobo del Carro, et Ioane de Monticulis Legum Doctoribus, ac Gu-
bertino de Novate Notario Testibus et alijs.

Ego Paulus q.m Mag.ri Ioanis de Mutina pub.l Imperiali auct.te Not.s et pred.i Dni
Path.e, eiusq: Curie Officialis, et Scriba predictis interfui, et de mand.to dicti
Dni Pathe scripsi rogatus, meumq: signum apponi consuetum.

stituimus, et ordinamus, quod si aliqui apud predictos fratres se decreuerint, et ordinauerint sepeliri Capitulum dictę Ecclesię de Vtino percipere, et habere debeat medietatem omnium funeralium quę fient in die funeris, et non ultra.
In quorum omnium testimonium, et euidentiam clariorem predicta omnia per Paulum Curie nostre Notarium instrumentum scribi, et publicari iussimus, et nostri Sigilli appensione muniri.
Acta sunt hec in predicta Ecclesia Sancti Seruatij Anno Dnicę Natiuitatis Millmo Trecentesimo Quadragesimo nono Indne secunda Die uicesimo octauo Mensis Octobris.
Presentibus Ven. et Sapientibus Viris Dnis Fratre Gilberto Abbate Monasterij Mosacensis, Matheo Plebano Laybacensi Aquilegiens Diocesis, Jacobo del arvo et Joanne de Monticulis Legum Doctoribus, ac Gubertino de Nouate Notario Testibus, et alijs.

Ego Paulus qm Magistri Johannis de Mutina publicus Imperiali Auctoritate Notarius, et predicti Dni Pathę, eiusque Curię Officialis, et Scriba predictis interfui, et de mand. dicti Dni Pathę scripsi rogatus, meumque signum apposui consuetum.

1314

Sancte Sedis Aquilegen. Dei gratia Patriarcha Bertrandus. Ad notitiam omnium deducimus per presentes, quod ad nostram accedens presentiam discretus Vir Magister Petrus de Regio Physicus noster Plebanus Plebis Sancte Marie de Tricesimo nostre Aquilegen. Diocesis presentavit nobis litteras Reverendissimi in Christo Patris, et Dni Dni Guidonis titulo Sancte Cecilie Presbiteri Cardinalis Apostolice Sedis Legati ejus sigillo pendenti munitas integras, et illesas tenoris hujusmodi. Guido miseratione divina titulo Sancte Cecilie Presbiter Cardinalis Apostolice Sedis Legatus Venerabili in Christo Patri ... Patriarche Aquilegen. salutem in Domino. Petitio dilecti in Christo Petri de Regio Plebani Plebis Sancte Marie de Tricesimo vestre Aquilegen. Diocesis nobis exhibita continebat, quod fructus redditus, et proventus dicte Plebis sunt adeo tenues, et exiles, quod Plebanus ejusdem secundum sui status decentiam non potest comode sustentari nec sibi et eidem Plebi incumbentia onera supportare Nobis humiliter supplicans, ut tam sibi quam suis imposterum in dicta Plebe successoribus salubriter providentes Clericatum ejusdem Plebis Sancte Marie cum omnibus juribus, et pertinentijs suis auctoritate, qua fungimur, unire, et incorporare, ac in perpetuum annectere de speciali gratia dignaremur. Quia vero de predictis, ut convenit, notitiam non habemus Paternitati vestre de qua in hijs, et alijs fiduciam gerimus in Domino specialem, auctoritate, qua fungimur, presentium tenore committimus, et mandamus, quatenus de predictis diligenter inquirentes, si inveneritis predicta veritate fulciri, et Vobis expediens videatur, super quo vestram conscientiam oneramus, Clericatum ipsum cum omnibus juribus, et pertinentijs suis auctoritate nostra predicta prefate Plebi Sancte Marie unire, incorporare, et in perpetuum annectere procuretis, ita quod cedente vel decedente Clerico ipso, qui nunc est, vel Clericatu ipso quocumque alio modo vacante liceat eidem Plebano, vel Successoribus suis, qui pro tempore fuerint in corporalem possessionem Clericatus ejusdem ingredi, ac ipsum libere apprehendere, et tenere, ipsiusque fructus, redditus, et proventus in proprios usus convertere valeat, consensu alterius cujuscumque minime requisito, proviso quod eidem Plebi faciat prout oportunum extiterit

et est alias fieri consuetum, deserviri laudabiliter in divinis. Dat. apud Utinum Aquilegen. Diocesis iiij Nonas Maij Pontificatus dñi Clementis Pape VI. Anno Septimo. Quas quidem litteras recepimus reverenter, et volentes ejusdem Dñi Legati mandatis ut tenemur humiliter obedire, si fructus, redditus, et proventus dicte Plebis Sancte Marie de Tricesimo adeo tenues, et exiles essent, quod Plebanus ejusdem secundum sui status decentiam non posset comode sustentari, nec incombentia sibi et dicte Plebi onera supportare, juxta commissionem nobis factam inquisivimus diligenter, et comperto fidedignorum testimonio, quod predicta veritati nituntur, et advertentes unionem hujusmodi expedire, auctoritate ejusdem dñi Legati, nec non nostra ordinaria Clericatum Plebis predicte eidem unimus, et incorporamus, et in perpetuum annectimus: Ita quod cedente, vel decedente Clerico, qui nunc est, vel Clericatu ipso quocumque alio modo vacante liceat dicto Plebano vel suis Successoribus, qui pro tempore fuerint corporalem possessionem ipsius Clericatus ingredi, ac ipsum apprehendere libere, et tenere, fructusque, redditus, et proventus ejusdem Clericatus percipere sine requisitione alterius cujuscumque. Proviso tamen quod eidem Plebi, prout oportunum extiterit, et est alias fieri consuetum, deserviatur laudabiliter in divinis. In quorum omnium testimonium presentes litteras fieri jussimus nostri sigilli appensione munitas. Datum Utini in nostro Patriarchali Palatio die XVIIII Maij Anno Dominice Nativitatis M.CCC.XLVIIII Indictione secunda.

Ex not[illegible] olim Dñi Eumbertini Not. et Cancellarij Venerabilis Patriarche Beltrandi existentibus in Archivo Academie Mag.ce Civitatis Utini per sibi fidum educere fecit, et facta meconcord. subscripsit in fidem Io: Socrate V.A. et Collegij Utini Not. Publ. die 12. Iulij 1761

M°

M. CCC. L. Indictione Tertia.

Annal: Tom. I. @ 149.

Fidelitati vestre tenore presentium notifico per Gra-
tiam Jesu Christi, et Beate Virginis Marie hodie
Castrum Buye cum omnibus hominibus qui intus
erant Sancte Aquilegen. Ecclesie aquisivi, et dño
nostro dño Patriarche; modum ad presens scribere non
possum propter festinantiam, sed breviter vobis explicabo,
et hoc factum fuit propter ictum unius Manganele post-
quam literam presentibus alligatam scripseram. Datum in
Castro Buye Sancte Aquilegen. Ecclesie die XXVIII. Maij
P. (Petrus) de Fuxo.
Rogo Vos ad cautellam quod vestra militia, que ibi est
mictatis mihi ita quod sit in castro isto cras omni occa-
sione remota et ex causa in Colalto.

Guido miseratione Divina titulo Sancte Cecilie Presbiter
Cardinalis Apostolice Sedis Legatus. Venerabilibus Patribus
Tarvisino, et Concordiensi Episcopis, et Dilecto in Dño Ab-
bati Sancti Galli in Motio Aquilegen. Diocesis salutem in Dño
Dudum Sanctissimus Pater et Dñus noster Dñus Clemens
Divina providentia Papa VI. ad Partes Lombardie, et non-
nullas alias Terras, et Provincias cum plene legationis officio
nos destinans, tollendi et cassandi quecumque pacta, ligas,
confederationes, et obligationes, et juramenta super ipsis
observandis interposita, per que pacis federa inter quos-
cumque nostre legationi subditos rumpi possent nobis con-
cessit plenariam potestatem. Cumque post dictam concessio-
nem acceperimus nonnulli vassalli et homines, et subditi Ve-
nerabilis Patris Bertrandi Patriarche Aquilegen. Diabolo
procurante dicessevint ab ipsius Patriarche obedientia, ac
cum inimicis capitalibus ipsius, et Ecclesie supradicte ligas,
pacta, confederationes, et obligationes, juramentis et alijs
obligationibus, et penis pro eorum observatione intervenien-
tibus fecerint, Nos attendentes, quod non juramenta, sed
potius perjuria sunt censenda, que contra libertatem eccle-
siasticam attentantur, pacta, ligas, confederationes, et obliga-
tiones quascumque, ac juramenta super eorum, seu ipsarum
observatione prestita auctoritate Apostolica, et nostra tolli-
mus, cassamus et irritamus, quinimo sublata, cassa, et
irrita nuntiamus, nullumque ad ipsorum seu ipsarum

observationi teneri tenore presentium declaramus, vobis et
vestrum cuilibet nichilominus juramentorum super premissis
observandis prestitorum, ac a penis quibuscumque quorum-
que Vassallos, homines, et Subditos eorumdem Patriarche, et
Ecclesie Aquilegensis aliorumque, per quos pax, et obedientia Pa-
triarche et Ecclesie predictorum impediri possent quomo-
dolibet vel differri, absolvendi, omnem insuper notam, et
infamiam que propter eorumdem pactorum, ligarum, confe-
derationum, et obligationum transgressionem cuiquam possent
imponi tollendi auctoritate Apostolica atque nostra damus
et concedimus tenore presentium facultatem in premissis
que, et ea tangentibus vobis et vestrum cuilibet committimus
plenarie vices nostras. Dat. Padue duodecima Kalen-
das Junij Pontificatus predicti Dni nostri Clementis Pape
VI anno nono.

Annal: Tom: I. @ 155.

Ambaxiata facta dño Capitaneo Consilio et Communi Utini ex parte dni Comitis Goritie per Dños Raynerium Sench Militem de Oster-bitz, Nicolaum de Gerlestayn, et Dietricum de Weristayn.

Millmo Trecentesimo Quinquagesimo Indictione tertia, die Jovis decimo Mensis Junij. Actum Utini presentibus dño Jacobo del Conte legum Doctore de Florentia, Petro de Tuxio, Hermano de Camea milite Gubertino Draperio, Gabriele de Cremona, Maffeo de Aquilegia, Mattheo de Motis, Dominicio Zerbini, Nicolao Mene, Francisco Dominici, Johachino Rozeri et alijs pluribus testibus. Venerunt ad presentiam Nobilis Viri Dni Francisci de Savorgnano Capitanei Terre Utini et totius Consilij ipsius Terre, in quo quidem Consilio intervenerunt omnes Consiliarij ipsius, et major pars bonorum hominum Terre Utini Nobiles Viri dñus Raynerius Schenk Miles cum infrascriptis alijs suis socijs in infrascripta littera contentis, tamquam Ambasiatores Dni Comitis Goritie, et ad faciendum fidem quomodo erant Ambasiatores ipsius dni Comitis, et etiam de Ambasiata eis imposita ibidem Coram dño Capitaneo, et hominibus dicti Consilij exhibuerunt litteram sigillatam sigillo Dni Comitis predicti, ut prima facie apparebat, et Cedulam Ambaxiate sue, que inferius describuntur quarum tenor talis.

Mainardus Comes Goritie, ac Tyrolis advocatus Ecclesie Aquilegen
Ad vestre prudentie discretionem Nobiles Viros Reynherium Schenck Militem de Ostervitz, Nicolaum de Gulestan, et Dictricum de Vernestan Ambaxiatores nostros exibitores presentium mittimus ad Vos de nostra intentione plene informatos, quibus in dictis eorum, ex parte nostra vobis hortamus recitatis fidem dare velitis credulam tamquam nobis. Datum in nostra Civitate Austria die x. mensis Junij:

M.ccc.L. Die xj.° Junij.

@ 158 4

De sero post cenam Rigucius nuncius missus ad Dnum Comitem portavit literas fidantie ab ipso Dño Comite pro Ambasiatoribus mittendis ad ipsum et ipsas litteras presentavit dño Capitaneo, et suo Consilio infrascripti tenoris. Qui dñus Capitaneus et Consilium elegerunt in eorum Ambasiatores

Dominicum Zerbini, et Franciscum Dominici } Cum Capitulo infrascripte Ambasiate

Tenor fidantie. Nos Mainhardus Comes Goritie, ac Tirolis Ecclesiarum Aquilegen, Tridentine, et Brixinen Advocatus presentibus profitemur et constare volumus universis, quod Nos per Nos, et universos nostros amicos, servitores, et subditos ambaxiatores Terre Utini quot quot erunt veniendo ad nos Cormonum cum eorum Comitiva stando, et redeundo affidamus et firmiter enicuramus rebus

pariter, et personis harum testimonio literarum. Dat. in dicto nostro. Sub Anno Dni Millo. iij. quinquagesimo die undecimo Mensis Junij Indicione tertia.

Et Mittimus vobis Nicolaum de Sarlochstayn pro conducendo tali hora sicut petivistis Dat. ut supra.

M. cccl.

@ 259. Ad Magnificentiam vestram transmittimus dilectos Cives nostros Viros providos Franciscum Dominici, et Dominicum Zenbini super Ambaxiata pridie dimissa per ambaxiatores vestros in servitio nostro Communi de nostra intencione plenius informatos, quibus ut nobis vestra Magnificentia dignetur fidem indubiam adhibere Dat. Utini die xv.° Junij. In quorum omnium testimonium presentes fieri fecimus nostri Communis sigillo sigillatas.

Franciscus de Savorgnano Capitaneus,
Consilium et Commune Terre Utini.

Littere misse quod responsio Comitis non esse acceptata

Primo Aquilegie Civitat.

D. Henrico de Strasoldo	In Istria
Communi Marani	Zeruegla
Communi Sancti Viti	Piquento
Communi Glemone	Pinguentis
Communi Venzoni	Buglis
Budrio	Rosio
Manzano.	Albone
Varderuzord	Mugle
Sacilo	Colmo
Canipe	Flanone
Aviano	
Maniaco	
Tumecio	
Cucanee	
Partistayn	
Arcmps	
Sanctum Danielem	
Faganeam	
Fulminum	
Tricesimum.	

M. CCC.L. Indictione iij.a

rinal. Tom. I @ p 77 t° 6

Henricus Goritie ac Tirolis Comes Aquilegen. Ecclesie Advocatus. Prudentes, ac sapientes Viri. De modo mortis D.ni Patriarche Novit Altissimus quantum dolemus, sed forsan Deus scit, cum mori permittere voluit propter crudelitates, quas eodem die personaliter equitando, ut notorium est faciebat in combustionibus domorum, predis animalium, mortalitatibus, sive interfectionibus, et captionibus personarum pauperum innocentum ruralium Virorum, quos crudeliter cum brutis animalibus ligatis manibus tamquam latrones captivos ducebat, quorum preces forsan Altissimus exaudivit. Quapropter satis constat prudentie vestre, quod vacante Aquilegen. Ecclesia omnia temporalia, et jurisdictiones ejusdem spectant et pertinent usque ad eventum futuri Patriarche per sedem Apostolicam procreati ad regimen nostrum et gubernationem totalem. Idcirco vos tenore presentium requirimus, et monemus quatenus aliquos nuncios vestros cum pleno mandato tractandi, et ordinandi de Communi bono ac Commodo, et utilitate vestras ad nostrum consilium transmittere procuretis prout lator presentium vos plenius informabit. Datum in Luonz die xiij.a Junij. Tertie Indictionis.

Supradictus Henricus hujus nominis IV. ex Goritianorum Comitum Familia filius Alberti IV. ac frater fuit Alberti V. et Mainardi VI., qui una cum dictis ejus fratribus Alberto, et Mainardo investitus fuerat de Feudo Goritie a Patriarcha Bertrando die 25. Februarij 1338. De Rub. Col. 886. 887.

Idem Henricus diem suum obijsse creditur circa annum 1358. De Rub. Col. 928. 937.

Albertus vero ac Mainardus ejus fratres adhuc agebant in humanis die 13. Aprilis 1365. De Rub. Col. 978.

1350.

Annal: Tom: I
a. 86.

Amici carissimi. Litteras vestras cum amaritudine cordis et anxietate doloris (supple recepimus) continentes nefandissimum scelus, et scelaratissimum nefas commissum in personam Reverendissimi Patris, et dñi nostri Carissimi dñi B. (Bertrandi) boni memorie q.m Patriarche Aquilegen, de quo graviter condolemus, et de alijs captivis, Mandantes stipendiarijs nostris, qui sunt ibidem, ut ad servitia vestra in honorem defensionem Ecclesie Aquilegen, et vestre, ac fidelium suorum continue assistere debeant, Scientes quod eisdem stipendiarijs ~~mi~~ misimus omnes pagas suas ordinatas usque ad Venetias, quas si non habuerant habebunt in continenti. Ceterum de novis gentibus nostris mittendis ad vos non videmus quod ad presens mittere possimus, nisi prius sciamus scientiam et voluntatem dñi nostri dñi Summi Pontificis, ~~Intendimus semper recomendatos habere. Ceterum de stipendiarijs nostris~~ Vos vero et alios fideles supradicte Ecclesie prescita voluntate prefati dñi Summi Pontificis intendimus semper recomendatos habere. Ceterum de stipendiarijs nostris si qui erant cum dicto dño Patriarcha, et quid de ipsis est rogamus ut nobis scribatis. Dat. Mediolani XVIIIJ Junij

Quarum litterarum hec est suprascriptio. Nobilibus Viris dñis Francischo de Savorgnano Capitaneo Consilio, et Communi Terre Utini Amicis nostris carissimis.

Johannes Dei gratia Archiepiscopus, et Generalis Dñus Mediolani.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

M ccc.L. Indictione Tertia.

Annal Tom: I.

@ 212. 10.

Karolus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, et Boemie Rex. Universis, et singulis... Civitatum... Oppidorum, et Villarum Potestatibus Consilijs, Rectoribus, et Communitatibus Sancte Sedis, seu Aquilegen. Ecclesie subiectis, ad quos presentes pervenerint fidelibus nostris dilectis gratiam regiam et omne bonum. Fidelitatem vestram nescimus non latere ad aures nostri culminis certa nova de Romana Curia pervenisse: Quod Ven. Nicolao pridem Episcopo Nuimbergensi nunc vero Patriarche Aquilegen. fratri nostro karissimo ad precum nostrarum instantiam de ipsa Aquilegen. Ecclesia per sedem Apostolicam sit provisum, cujus adventum de ipsa Romana Curia cotidie prestolamur, de quo eadem vestra Fidelitas non indigne imo merito poterit gratulari. Nam cum ejusdem Patriarche negotia nostra propria reputemus ad defensionem ejusdem sue Ecclesie, et subditorum ipsius tanto uberius ex debito astringimur, quanto ad id fraterne dilectionis vinculum fortius nos inducit. Eapropter eandem fidelitatem attente requirimus, et rogamus mandantes nihilominus firmiter et stricte, quatenus eundem Nicolaum fratrem nostrum in Patriarcham supradicte Aquilegen. Ecclesie ea benevolentia qua decet curetis assumere, sibique tamquam Dño vestro vero, et legitimo debitam et devotam in omnibus obedientiam exhibere. Super premissis quoque, et alijs dicte Aquilegen. Ecclesie circumstantijs Nos per Nicolaum natum Soldani de Maniacho exhibitorem presentium petimus quantocius informari. Dat. Prage prima die mensis Decembris Regnorum nostrorum anno quinto.

Die xxj. Decembris in Consilio lecte fuerunt et presentate supradicte litere.

1350

(Nicolaus)

N: Patriarcha Aquilegen.

Dilecti fideles nostri. Ad presentandum literas nostre pro-
Annal: Tom: I. visionis et ad alia nostra negotia peragenda carissimum,
@ p. 18. ac fidelissimum familiarem Procuratorem atque Vicarium
nostrum. Petrum Malafossé de luca latorem presentium
virum utique discretum et providum cum plenis man-
datis presentialiter destinamus, cui in Gastaldia Utinensi
faciatis assecuritate nostra de omnibus nostris redditibus, et
proventibus plenarie responderi, et sicut nobis usque ad
nostrum adventum, qui Dño concedente erit de proximo
ab omnibus obediri, eum informantes, et dirigentes fi-
deliter in agendis. Dat. Avinione die XV Novem-
bris Indictione tertia.

Dilectis fidelibus nostris ... Capitaneo, et Communi
nostre Terre Utini.

Nicolaus miseratione Divina Sancte Sedis Aquilegen. Patriar-
8 cha Dilectis fidelibus nostris ... Capitaneo, et Communi
Terre nostre Utini salutem et omne bonum. Fidelitati
vestre notificamus ad Gaudium, quod sanctissimus Pater
Dñus noster Papa die XXij. hujus mensis Octobris di-
gnatus fuit nos in Patriarcham Sancte Aquilegen. Ecclesie
promovere Fidelitatem eandem attentius exortantes, qua-
tenus circa pacificum statum, et honorem ejusdem Ecclesie
ac nostrum devotis animis, et efficacibus operibus fideli-
ter intendatis. Nos enim visitatis primitus Dñum Fratrem
nostrum Dñum Regem Romanorum quamtocius poteri-
mus Deo prævio ad dictam nostram Ecclesiam accedi-
mus nos conferre Dat. Avinione die ultimo mensis Oc-
tobris Indictione tertia.

Subscriptio.

Dilectis fidelibus nostris -- Capitaneo, et Communi Terre
nostre Utini.

Nobilibus et prudentibus Viris....
Castelbdomi Communi et hominibus.
Terre Vrim Amicis Karissimis.

Fratres et Amici Carissimi. Latores presentium Dnum Nicolaum Capellanum et Familiarem Dni nostri Dni Patriarche
9 necnon et Nicolaum Potestatem Terre Marani ad Vos duximus destinandos, quibus circa ea quê ex parte nostra duxerint refferenda fidem tamquam nobis ipsis plenariam adhibere velitis. Dat. in Aquilegia die xxviij mensis Decembris

Petrus Malapresa Vicarius Generalis Revmi Patris, et Dni Dni Nicolay Sancte Sedis Aquilegen. Patriarche.

M. iiij. Lj. (A Nativitate) Indictione tertia die xxviij Decembris presentate fuerunt per Dnum Nicolaum Plebanum sancti Danielis suprascripte tres Litere

Annal: Tom: I. @ 194. t.°

Millio . iij . L . Indictione tertia die Sabati decimo mensis Junij Presentibus Nobili Viro Dn̄is Franciscutto de Savorgnano Capitaneo Terre Utini Hermano de Carnea milite, Leonardo Archoloniani, Tadeo de Manzano, Oddorico de Susoldo, Johanne de Ravanis, Magistro Francisco, dn̄o Jacobo del Canto et toto Arengo, et Consilio Communis Utini in quo interfuerunt quasi omnes Cives et vicini Terre Utini Ipse dn̄us Capitaneus, et omnes de dicto Arengo nemine discrepante usque ad adventum futuri Patriarche susceperunt et elegerunt Magnificum dn̄um dn̄um Albertum Ducem Austrie in eorum Dn̄um et Protectorem cum pactis, et conditionibus &c.

M. CCC. L. Indictione tertia.

Fratres pacta quę portaverunt Ambasiatores nostri et illi de
Annal: Tom: I. Glemona sunt presentibus interclusa. Verum est quod
C. 192. nihil firmaverunt cum dn̄o Duce neque stabiliverunt. Sed
dn̄us Dux dixit, quod talia pacta volebat, et nisi faceremus
talia pacta, quod faceremus quid vellemus, et jam misit
duo milia equos, qui die Sabati erunt super Lisontio, quibus
debemus respondere, et nisi velemus talia pacta veniunt
ad dampna nostra, et ad nos expugnandum. Et ideo dn̄i
cum expediat subitum dare responsum videatis dicta pacta
et quid vobis agendum videtur, et quid vultis quod res=
pondeamus statim rescribatis, quia die sabbati expedit quod
demus responsum. Valete, et capiatis bonum consilium.
Dat. Utini die vij. Julij.

Franciscus de Savorgnano Capitaneus.
Consilium et Communi Terre Utini.

Taliter est placitatum inter dn̄um Ducem Austrie, et
tales Cives et Vicinos de Utino, et Glemona.

Primo tractatum est quod Communia utriusque Civitatis in Utino, et
Glemona, et universi Cives ibidem pro se ac omnibus, et
singulis sibi adherentibus, et subiectis prestare debent dicto
dn̄o Duci juramentum de observanda sibi fidelitate, obedi=
entia, et subjectione sub certis penis usque ad futuri Pa=
triarche adventum in terram Patriarchatus, et post ad=
ventum Patriarche usque ad spacium unius anni continue,
subsequentis nisi infra idem tempus dn̄us Dux, et Comites
Goritie cum predicto Patriarcha fuerint concordati juxta
necessitatem honorem, et jura dicti dn̄i Ducis, et Comitum
predictorum.

Vult etiam dn̄us Dux, ut idem Cives sibi assignent immediate
Castra infrascripta nominata Videlicet Tulmin, Scherl, et Sche=
nenveld cum pertinentijs eorumdem, et debet dn̄us Dux ea=
dem Castra manutenere, et suos Burgravios in eis constituere
donec Patriarcha secum, et cum prefatis Comitibus Goritie con=
cordetur pro honore, necessitate et Juribus Ducis, et Comitum
eorumdem

Quod si Patriarcha predictus non fuerit infra annum predictum

cum eisdem Dño Duce, et Comitibus Goritie concordatus, ex tunc dicti Cives a prefato Dñi Ducis prestito Juramento de fidelitate obedientia et subjectione memoratis esse debent penitus liberi, et absoluti. Sed Castra supradicta in potestate Dñi Ducis remanebunt quousque inter ipsum Dñum Ducem, ac Comites Goritie, et predictum Patriarcham plena fuerit concordia celebrata.

Predictus etiam Dñus Dux tenetur duos de suis ministerialibus transmittere ad Forum Julij ad recipiendum loco, et nomine suo, a prescriptis Civibus et Civitatibus Juramenta, et promissiones predictas de observatione fidelitatis, et obedientie, ac subjectionis, ut superius est expressum.

Exercitus quoque Dñi Ducis debet interim aliquantulum tardare non transeundo per flumen quod dicitur Lisuncium usque ad proximam diem Sabbati inclusive.

Promiserunt etiam Ambasiatores et Cives tales &c. quod pro totis viribus, et sine fraude diligenter velint operam adhibere, ut hec omnia effectualiter impleantur.

Prefatos quoque Cives et Civitates eorundem debet Dñus Dux in suis juribus et consuetudinibus conservare ut actenus tenuerunt ita ut pignoribus suis gaudeant, nisi que Dño Duci per ea serviant, atque suo damno, dando hominibus Dñi Ducis ingressum ad eadem Castra seu pignora, et egressum ab eisdem

Etiam tractatum est, quod Dñus Dux debet omnem diligentiam adhibere bona fide ut Captivi quos Comites Goritie captivaverunt a captione sua solvantur, quod si non poterit liberare debebit similiter adhibere operam diligentem ut eisdem Captivis inducie dentur quousque Patriarcha cum Dño Duce, et Comitibus Goritie concordetur.

Quod si Dñus Dux apud predictos Comites libertatem Captivorum hujusmodi vel inducias non poterit obtinere per hoc nulla debet sibi culpa aliquatenus imputari Actum in Layбacho Anno Dñi Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo die quarto mensis Julij &c.

M. CCC. L. Indictione tertia

Annal. Tom: I. pag. 97.

Contentantur dñus de Pirovia, et dñus de Lenitenstayn quod primum Capitulum nobis infrascriptis missum Comunitatibus de Utino, et Glemone stet per infrascriptum modum. Videlicet primo quod tractatum est, quod Commune Utriusque Civitatis in Utino, et Glemona, et Universi Cives ibidem pro se, et pro omnibus, ac singulis sibi adherentibus et subiectis prestare debent dicto dño Duci Juramentum de observanda fidelitate, obedientia, et subjectione sub certis penis usque ad dñi Patriarche adventum in terra Patriarchatus, et post adventum Patriarche usque ad spacium unius anni continue subsequentis, nisi infra dictum tempus dñus Dux et Comites Goritie cum dicto dño Patriarcha concordati fuerint juxta ~~aequitatem~~ honorem et jura dicti dñi Ducis et Comitum predictorum.

Contentantur Cives Utini et Glemone, quod Castrum Tulmetij consignetur dño Duci, vel ejus Purgravio, salvis pignoribus Communis Utini in dicto Castro, et ejus juribus. Castra autem Sacili, et Tulmini, quia non sunt in potestate ipsorum teneantur dicta Communia dare auxilium dicto dño Duci ad dicta Castra recuperanda juxta posse eorum bona fide cum bonis et personis, sicut servire deberent dicto dño Patriarche, que Castra remaneant et remanere debeant in manibus dñi Ducis, donec dñus Patriarcha futurus fuerit concors cum dicto dño Duce et Comitibus Goritie supradictis.

Quod si Patriarcha predictus non fuerit infra annum predictum cum dicto dño Duce et Comitibus supradictis concordatus ex tunc dicti Cives a prestito dicto dño Duci juramento de fidelitate, obedientia, et subjectione memoratis esse debeant penitus liberi, et absoluti, set castra supradicta in potestate dicti dñi Ducis debeant remanere, quousque inter ipsum dñum Ducem et Comites Goritie, et predictum dñum Patriarcham plena fuerit concordia celebrata.

De quarto capitulo contentantur ut jacet de ministerialibus mittendis per predictum dñum Ducem.

Quintum Capitulum et sextum impleta sunt.

Contentantur ~~ut jacet~~ etiam predicti de infrascripto septimo Capitulo.

Prefatos quoque Cives, et Civitates eorum et adherentes eisdem debet prefatus dñus Dux in suis juribus et consuetudinibus conservare prout actenus tenuerunt, et consueti sunt ita quod pignoribus suis gaudeant ubicumque existant, nisi quod dño

Duci per ea serviant absque ipsorum damno dando hominibus dñi Ducis ingressum ad eadem Castra seu pignora, et egressum ab eisdem.

Debet etiam dñus Dux dictos Cives, et eis adherentes manum tenere et defensare in juribus suis contra unamquamque Personam, et non permittere eos aggravari, ita quod strate secure vadant, et etiam loca et castra usurpata per alios Aquilegensis Ecclesie bona fide recuperare.

Contentantur etiam de octavo, et ultimo Capitulis, quod idem dñus Dux pro honore suo et utilitate Captivorum procuret relaxationem eorum secundum formam dictorum Capitulorum, et secundum supplicationem factam per dictos Cives dñis de Pitovia et de Letinstayn, et secundum eorum continentiam.

Significaverunt dictis Civibus infrascripte terre et Castra quod facere volunt juramentum dño Duci prout dicte Civitates Utini et Glemone faciunt

In primis Sanctus Vitus
Itẽ Sanctus Daniel
Itẽ Maranum
Itẽ Montem falconum
Itẽ Guardaziosia
Itẽ Aemps
Itẽ Quadruvium
Itẽ Pinzanum
Itẽ Brogium
Itẽ tota Carnea
Itẽ Morium
Itẽ Avilinum
Itẽ Budrium
Itẽ Menzanum
Itẽ Argis
Itẽ Tricanum
Itẽ Pers

} et alia plura loca.

1350.

In nomine dni Amen. Cum inter Magnificos, et potentes Dnos dnos Herdegnum de Petovia Marschalcum Styrie Capitaneum Carniole, et Marchie

Annal. Tom: I. C. 101.

et Rudulfum de Lichtenstayn Camerarium Stirie Vice et nomine Illusmi dni dni Alberti Dei gratia Ducis Austrie, Stirie, et Carinthie sit habitus tractatus cum nobili Viro Francisco de Savorgnano Capitaneo Terre Utini Consilio, et Communi dicte Terre, et Vorlico dni Josep, et Maynardo Savij Ambasiatoribus Terre Glemone pro se, et Communi dicte Terre Glemone, et omnes predicti de Utino, et Glemona pro se, et ipsarum Communibus, civitatibus, et Castris, Terris, Communitatibus, et singularibus personis rata habentibus infrascripta pacta, et ipsis adherentibus, et sequacibus ad talem concordiam pervenerunt. Videlicet: quod Commune utriusque Civitatis Utini, et Glemone et universi Cives eorundem pro omnibus, et singulis sibi adherentibus, et subiectis prestare debeant dicto dno Duci suisque heredibus Juramentum de observanda fidelitate, obedientia et subjectione sub certis penis usque ad futuri Patriarche adventum in Terra Patriarchatus, et post adventum Patriarche usque ad spatium unius anni continue subsequentis, nisi infra dictum tempus dnus Dux et Comites Goritie cum dicto dno Patriarcha concordati fuerint juxta necessitatem, honorem, et jura dicti dni Ducis, et Comitum predictorum. Item quod Castrum Tulmetij, quod in Teotonico vulgari Schoonveld vocatur, consignetur dno Duci, vel ejus Burgravio, salvis pignoribus Communis Utini in dicto Castro, et ejus juribus. Castra autem Sacili, et Tulmini, quia non sunt in potestate ipsorum teneantur Communia dare auxilium dicto dno Duci ad dicta Castra recuperanda juxta posse eorum bona fide cum bonis et personis sicut servire deberent dno Patriarche, Que Castra remaneant, et remanere debeant in manibus dni Ducis, donec dnus Patriarcha futurus fuerit concors cum dicto dno Duce et Comitibus Goritie supradictis, Quod si Patriarcha predictus non fuerit infra annum predictum

cum dicto dño Duce, et Comitibus supradictis concordaverit ex tunc dicti cives a prestito dicto dño Duci juramento de fidelitate, obedientia, et subjectione memoratis esse debeant penitus liberi et absoluti. Sed Castra supradicta in potestate dicti dñi Ducis debeant remanere quousque inter dñum Ducem et Comites Goritie, et predictum dnūm Patriarcham plena fuerit concordia celebrata: Prefatos quoque Cives, et Civitates eorum et adherentes eidem debet prefatus dñus Dux in suis juribus et consuetudinibus conservare prout hactenus tenuerunt et consueti sunt, Ita quod pignoribus suis gaudeant ubicumque extant nisi quod dño Duci per ea serviant absque eorum damno dando hominibus Ducis ingressum ad eadem Castra seu pignora et egressum ab eisdem. Debet ~~autem~~ etiam dñus Dux dictos Cives et eis adherentes manutenere et defensare in juribus suis contra unamquamque personam, et non permittere eos aggravari ita quod itare secure valeant et etiam loca et Castra usurpata per alios Aquilegen. Ecclesie recuperare prout justum et conveniens est. Ita quod idem dñus Dux pro honore suo, et utilitate captivorum procuret relaxationem eorum secundum formam infrascripti Capituli, et rogaminum correctorum dictis dñis de Petovia et de Leitistayn: Videlicet quod dñus Dux debet omnem diligentiam adhibere bona fide, ut Captivi quos Comites Goritie captivarunt, a captivitate solvantur. Et si non poterit ipsos liberare debebit adhibere operam diligentem, ut eisdem captivis dentur inducie quousque Patriarcha cum dño Duce et Comitibus Goritie concordetur. Quod si dñus Dux apud predictos Comites liberationem Captivorum hujusmodi vel inducias non poterit obtinere, per hoc nulla debet sibi culpa aliquatenus imputari. Va=

Nota est cancellata quo ad pacta Nobis promissa.

Idcirco predicti dñi de Petovia, et Leitinstayn promiserunt supradictis de Utino, et de Glemona nominibus quibus supra se facturos, et curaturos quod Illustris dñus dñus Dux Austrie supradictus rata habebit omnia, et singula superscripta conventiones et pacta, de similibus

promissiones factas dictis de Utino, et Glemona, et eorum sequacibus et adherentibus ut superius est expressum de quibus ratificatione et promissione fieri facient dicto dño Duci patentes litteras ipsius dñi Ducis sigillo pendenti sigillatas continentie suprascripte infra quindecim dies a die data presentium. Que quidem omnia et singula suprascripta predicti Nobiles suis proprijs nominibus promiserunt. In quorum omnium testimonium presentes iusserunt eorum sigillis proprijs sigillari. Scripta anno dñi Millo. iij.L. Indictione tertia, die tertio decimo mensis Iulij. Acta fuerunt hec omnia Utini Aquilegen. diocesis in Refectorio Fratrum Predicatorum ordinis sancti Dominici Presentibus Nobilibus Militibus et dñis Heberardo de Altimburch, Heberardo de Olnek, Leopoldo de Revotrunbarch, Hermano de Carnea, Iacobo del Canto de Florentia legum doctore, Iohanne de Bononia, et alijs pluribus testibus.

Dictis Millesimo, Indictione, die, et loco, et presentibus testibus suprascriptis et alijs quampluribus. Discreti Viri Matheus de Cremarijs, et Brunacius Dominici ambo de Utino Sindici, et Procuratores constituti in pleno Arengo communis et hominum dicte Terre Utini per Capitaneum, et universos homines Arengi dicte Terre ad sonum Campane congregatos in Majori Ecclesia de Utino ut moris est, ut de ejus Procuratorio, et Sindicatu constat publico Instrumento scripto manu Dominici Gerbini notarij dicti Communis. Dicti procuratores et Sindici nominibus quibus supra omnia et singula contenta in suprascriptis litteris tractata et dicta inter ipsos Capitaneum, et Cives Utini et Glemone approbaverunt, et ea Iuraverunt tactis scripturis corporaliter ad sancta Dei Evangelia bona fide inviolabiliter observare in manibus predictorum Dñorum de Pechovia, et deletinstayn recipientium nomine, et vice predicti dñi Ducis Austrie, et suorum heredum prout superius scripta sunt. In quorum omnium testimonium, et fidem plenariam premissorum predicti Capitaneus, et Cives de Utino mandaverunt presentes litteras sigillo magno dicti Communis Utini appensione muniri. Cat

Ideirco discreti Viri Maphaeus de Cremarijs, et Bonacius Dominici Cives Utini Sindici, et Procuratores constituti in pleno Arengo Communis et hominum dictae Terrae Utini per Capitaneum, et Universos homines Arengi dictae Terrae ad sonum Campanae congregatos in Majori Ecclesia Sanctae Mariae de Utino ut moris est, ut de hujusmodi sindicatu constat publico Instrumento scripto manu Dominici Zerbini notarij dicti Communis, dicti Procuratores et Sindici nominibus quibus supra omnia, et singula acta, promissa, et tractata ut superius continetur approbaverunt, et ratificaverunt in omnibus et per omnia, et ea juraverunt tactis scripturis corporaliter ad Sancta Dei Evangelia bona fide inviolabiliter observare in manibus praedictorum Dnorum de Petovia et Leytinstayn recipientium nomine et vice praedicti dni Ducis Austriae, et heredum suorum, ut superius est expressum. In quorum omnium testimonium praesentes [illegible] patentes literas praedicti dni Capitaneus, et Cives de Utino fieri fecerunt et sigillo pendenti Communis Utini appensione muniri.

Datum et actum Utini Aquilegens Diocesis in Refectorio Fratrum Praedicatorum ordinis Sancti Dominici praesentibus Nobilibus Militibus Dnis Eberardo de Albimburch, Eberardo de Oluek, Leopoldo de Rothemberch, Hermano del Camea, Jacobo del Canto Legum Doctore et Johanne de Bononia, et alijs pluribus testibus. Sub Millo .iij. quinquagesimo, Indictione tertia die tertiodecimo Mensis Julij.

lls
el

ie
m
rum

it
us
,
ni-

/

/

C
4
b

ho
el

rè
m
rum

it
res
,
ni=

ths
el
ie
m
rum
il
us
ni

=

ℓℓ

ich

iè

m

rum

ie

es

,

ni=

ℓ

ℓ

C 4 b

tho
el
ie
m
rum
it
ies
,
ni=

[illegible]

=

hs
el

ie
m
num

it
res
o
mi =

l

e

l

Ms
sel

vie
m
num

cil
tes
o
uni

l

l

9/4
6

Mo
zel

vie
me
num

cit
res
o
uni

l

l

C 4 6

:

ths
<u>sel</u>

<u>vie</u>
m
num

cit
res
o
ni·

l

l

C
4
b

=

ilis
vel

rie
um
num

cie
tes
o
uni=

l

r
x

l

C 4 b

1350

Marche e misure ad usum Curie

Millesimo iij.c L. Indictione tertia

Infrascripte sunt Tolette per infrascriptos facte hominibus de Utino postquam dnus noster dnus Dux Austrie habuit dominium Terre Utini.

Querela Castroni de V. Marchis ad usum Curie

Imprimis acceptum fuit per dnum Johannem Franciscum de Castello Castrono de Bardis in Flavvis redditus quinque Marc Frix. vel circha ad usum Curie.

Querela Castroni unius Marche cum dimidia ad usum Curie

Item intromiserunt dni de Brazago redditus unius Marche cum dimidia in Villa Comalisij: et rectus est per Zaninum, et Tomaynum dicte ville.

Querela Lappi de ij. Marc ad usum Curie

Item dictus dnus Johannes Franciscus Intromissionem fieri fecit in Villa de Conarsio Lappo de Florentia habitanti Utini redditus unius Marche ad usum Curie. Item acceptum fuit dicto Lappo in villa Martignani per dnos de Villalta fructus, et redditus unius Marc Frix ad usum Curie.

Querela Hendrici de Paona de una Marc cum dimidia ad usum Curie

Item acceptum fuit per dictum dnum Johannem Franciscum, vel per suos familiares, sive sequaces Hendrico de Paona in Villa Bagnarie Marcham unam cum dimidia sive redditus ad usum Curie.

Querela Brunatij

Item acceptum fuit per dnum Franciscum de Strassoldo, vel per servitores suos Brunatio de Utino Boves duos, et Vacas duas euntes pro Rabiolio in Aquilegia: et omnia supradicta facta fuerunt treugua facta: Valoris Octo Marc. Frix.

Querela Francischutti

Item acceptum fuit per dictum dnum Johannem Franciscum, vel

per servitores suos in Sancta Maria lunga, in Mortegiano, et Castellio no Franciscuto q. Gabrielis de Utino redditus sex Marc. Frix. ad usum Curie. Et predicta facta sunt omnes querelas supradictas durante treugua: Et intromiserunt predictos Mansos, et preceperunt Massarijs supradictis, quod sub pena vite non audeant aportare dictos fictus dicto Franciscutto.

Querela Martini Raze.

Item acceptum fuit treugua durante per dictum q. Johannem Fran: vel per servitores suos Martino Raze, sive familiaribus suis euntes versus Maranum pro mercimonijs boves duos; equum unum, et equam unam valoris decem Marc. Frix.

Querela Miniguti Becharij.

Item acceptus fuit unus Roncenus criseus Balbusio bechario familiari Miniguti becharij in Artenea per Pedrusium familiarem dñi Nicolay de Prambergo valoris trium Marc. Frix. Et hoc factum fuit treugua durante.

Querela Leonardi Tueschini de una Marc. cum dimidia ad usum Curie.

Item acceptum fuit Leonardo Tueschini per dictum dñum Johannem Franciscum, sive per suos servitores in Villis Gonare, et Zucule redditus unius Marche cum dimidia ad usum Curie.

Querela Barbazotti duorum boum valoris iiij.^or^ Marc. Frix.

Item accepti fuerunt Barbazotto de Utino per dños de exercitu in braydis Utini boves duos valoris quatuor Marc. Frix.

Querela Minici q.^m^ Zanuti de burgo superiori Utini.

Item accepta fuerunt et derobata Minico q.^m^ Zanutti de Burgo superiori Utini ipso portante victualia ad exercitum.

Imprimis accepta fuit una Marcha Frix, et Frix. xx. et unus vestitus, et unum par stivalium, qui stivales, et vestitus valebant Frix. xl. per homines Portusnaonis, quando exercitus ibat ad Sacillum in villa Portusnaonis.

Item dum

Item dum dictus Minicus esset derobatus venerunt teotonici quamplures, et acceperunt currum suum, et unam Vegetem Vini plenum, quod erat capax novem Contiorum, et constiterat quodlibet Contium Frix. XXXV.

Et illi de Portunaone interfecerunt unam Roncenam predicto Minico valoris trium Marc. Frix.

Summa in totum cum Vegete, Roncena, ac Curru ascendunt Marc. VI. Frix.

Querela Rectoris de Utino de XV. Contiis Vini, et Frix. lx.

Per servitores dñi de Valse accepti fuerunt super strata publica iuxta Marignacum Retorio de Utino unus bos Flor, et unus rubeus, et duo Currus cum duobus vasis Vini, que ducebat ad exercitum juxta Sanctum Danielem; Et fuit dictum Vinum Contia duodecim: Et habuit ultra hoc dampnum de Carezaturis de Denar. lx.

Querela Jacobi Nasutti de uno Palafreno valoris L. lib. par.

Item acceptus fuit Jacobo Francisci Nasutti unus Palafrenus pretij L. libr. par. per servitores dñi Johannis Francisci de Castello, et per homines de Villa Sancte Marie longe. Et dictus q Johannes Franciscus largitus fuit Presbitero de Bubaldo.

Querella Venturelli, Ucelli, et Pertoldi de Utino.

Infrascripte sunt res accepte Vinturello, Ucello, et Pertoldo de Utino ipsis portantibus victualiam ad exercitum dñi nostri dñi Ducis quando exercitus erat Uvelijs per infrascriptos de Cormons.

Imprimis per Nicolutium Ingalpreti de Cormons
(Hermannus Filius Dietrici Vueristayner.
(Miexe de Cormons.
(Stephanus Filius Sbrugi de Cormons
(Odorlicus nepos q.m dñi Jacobi de Cormons.
(Nicolaus de Roxacijs.
(Pertoldus de Manzano.

Imprimis acceperunt, due Roncene valoris decem, et novem Florenorum auri.

Item unus scutus ab equo, et unum Mantellum valoris medie

Marc solidorum, sine hijs, que accepta fuerunt eisdem in pane et Vino, et est eis dampnum de eo quod non potuerunt laborare cum Roncenis bene de tribus Florenis.

Summa in totum Floreni. xxyt.

Querela Sandri q.m Stephani de Pratocluso.

Item acceptum fuit per Gentes dni Comitis Goritie dse, quo teotonici cum exercitu separaverunt se ab Orsaria, et iverunt versus Savorgnanum in Molendino filiorum q.m Jacobesij de Civitate, qui movabatur Utini.

Imprimis dum ipse Sander faceret masonare quinque quartas frumenti causa faciendi panem ad portandum ad exercitum certi teotonici dicte gentis exercitus intraverunt Molendinum predictum, et derobaverunt farinam dictarum quinque quartarum farine

Querela Becharuti Becharij de .V. Marc. Frix:

Item accepta fuerunt Becharuto Becharie de Utino vel Fratri suo eundo Sophumbergo quinque Marc. Frix. quia dictam pecuniam mittebat ad dictum locum causa solvendi certos Cassones causa ipsos mittendi ad exercitum. Item acceperunt brachios duos panni pageri, et panos .Vj. Et predicta fuerunt di penultimo July

Querela Guezoli de Varmo de redditibus novem Marc Frix. ad usum Curie.

Item accepta fuerunt Guezolo de Varmo Utini commoranti per Mucinum servitorem dni Biachini de Purcillijs Capitanei in Terra Varmi durante treugua redditus infrascriptos

Imprimis in Villa de Varmo, in Villa de Rovoredo, in Villa de Rovedesca, et in Villa de Cornazano staria frumenti .xLuy. Item accepit boves duos. Item personaliter cepit quemdam familiarem suum nomine Jacobum, et ipsum tenet captivatum in carceribus

Item dnus Simon de Castelerio, et filius acceperunt fictus mansi unius dicti Guecelonis in Alnido circa Marc. j. et .Vy denarios, et non permittunt Massarios suos ibi stare.

Querela

Querela Stephani nepotis dicti Guezoli

Item accepit supradictus Mucinus servitor dicti dñi Biachini Stephano nepoti supradicti Guezoli staria .iiij. frumenti in Villa de Cornazajo. Item intromisit, et de novo accepit decimas, et fictus in Villa de Varmo, de quibus non habet claram notitiam.

Item manario Guezelonis de Varmo habitanti in Rovoredo per predictum duas armentas accepit.

Querela Leonardi cortellarij et sociorum.

Infrascripte sunt res accepte, et derobate Leonardo Cortellario, et Socijs ipsis portantibus victualiam ad exercitum dñi Ducis, quando exercitus erat in Villa de Vuelijs.

Imprimis acceptum fuit unum Caputeum per illos de Cormons, qui paucis diebus ante constiterat Grossos .XVuj.

Item acceperunt Mantellum unum valoris Frix. XXuij. per dictos de Cormons.

Item accepta fuit eidem Leonardo una bursa de seta valoris Frix. XXVuj.

Item acceperunt tascam unam valoris .uij. Frix.

Item expendit cuidam nuntio qui venit ad Utinum de Cormons Den. XVj.

Item acceptum fuit per gentes exercitus predictis socijs suis circa tria Contia Vini, valebat quodlibet contium Marcha media

Item expendit Leonardus predictus, quando ivit ad dnum Capitaneum exercitus pro faciendo eum dimitti seigum Den. XXVj.

Item habuit dampnum predictus Leonardus pro eo quod stetit in carceribus, et eo quod non laboravit Mar. unam Frix.

Summa in totum Mar. uj. et Den. lxuj.

Nomina eorum qui acceperunt Imprimis Nicolusius Sugalpreti, Nicolusius de Cormons, Hermannus frater Dietrici, Vueristayner, Nicolaus de Rosacijs, Stephanus filius Strugli de Cormons, Bertoldus de Manzano, Item Missa de Cormons, Item Odorlicus nepos q.m dñi Jacobi de Cormons.

Querela Marchesine uxoris q.m Blanchi de tribus vachis, et unius Manzutus

Marchesina uxor q.m Magistri Blanchi Muratoris de Utino dicit quod in

die, qua exercitus venit in Villa Orsarie accepte fuerunt ei vaiche tres, et unus Manzutus valoris trium Marc. Frix.

Querela Johannis de Grizano.

Michael filius q.m Johannis de Grizano de Utino dicit, quod in die, quo exercitus dni Ducis se mutavit eundo Sacillum fuerunt sibi accepte due vache, unus bos, et duo Asini extra portam Grizani prope Utinum valoris trium Marc. et Frix. XX.

Querela Monialium sancti Quirini contra illos de Castellerio.

Moniales Sancti Quirini de Utino dicunt, quod postquam homines de Utino juraverunt sub dominio dni nostri Ducis Symon de Castellerio, et Worlicus ejus nepos acceperunt eis staria Millij VJ. staria Surgi VJ. et staria Annone . iiij . que omnia erant in Castellerio.

Contra Fredericum de Fontanabona.

Item Fredericus de Fontanabona accepit dictis Monialibus starium frumenti unum a dicto tempore citra.

Querela dne Beatricis uxoris q.m Budrij contra Hermacoram de Castelluto

Dna Beatrix uxor q.m Budrij de Utino dicit quod dnus Hermacoras de Castelluto accepit ei in Villa Grivalassa st. XIIJ. frumenti. Item in Flambro inferiori staria novem frumenti, In villa de Siviglano st. iiij In Villa de Rivignano st. iiij. a supradicto tempore citra.

Querela Phylippi q.m Magistri Gerardi contra Fulcherium de Savorgnano.

Phylippus q.m magistri Gerardi de Utino asserit quod Fulcherius de Savorgnano postquam homines de Utino juraverunt dno nostro Duci personaliter cepit quemdam suum Massarium de Coloreto de prato nomine Antonium quem dimisit pro Frix. XLVIIJ. Item accepit dicto Antonio unam Asinam, et starium unum cum dimidio Siliginis, et unum par stivalium. Item vestitum unum de Panno, et unum Sachum.

Querela Jacobi contra homines dni Ducis pro duobus bobus valoris Marc. duarum.

Jacobus q.m Nicolay dicti Cani habitator in Villa Utini superiori dicit, quod gens

quod gens dñi Ducis acceperunt ei in die qua exercitus dicti dñi ivit versus Villaltam ante portam sancti Lazari de Utino duos Boves unum pilli Rubei, et alium pili flori valoris duarum Marȝ.

Querela Phylippi tabernarij de Utino.

Phylippus tabernarius de Utino dicit quod accepte fuerunt eidem per gentes exercitus, dum portaret victualia ad exercitum dñi nostri Ducis quando exercitus erat in Fajedis Coriamina, Pelles, Mantelli, et Ficuli valoris . iiij . Ducatȝ .

Item derobatus fuit per homines de Purcilijs de una Spata, uno Contio Vini, duobus speronis, uno Vestito, et quampluribus alijs rebus, que erant super Curru.

Querela Odorlici nuncij Curie dñi de Letestan

Odorlicus dictus Torta nuncius dñi de Letestan dicit quod die ultimo Julij accepte fuerunt eidem per gentem dñi Ducis infra Sanctum Danielem et Tricanum duas Vachas, et unam Vitulam valoris duarum Marȝ Frix.

Querela Zanuti Calegarij de Utino contra ꝗ Firixium de Castellerio

Zanutus Calzolarius de Utino dicit, quod Firixius, et Gabriel de Castellerio acceperunt eidem unum suum Roncinum conducendo fictus Utinum postquam dñus noster Dux habuit dominium Terre Utini valoris Marȝ une, et Frix. xl.

Querela Venerij Muratoris de Utino

Venerius Murator de Burgo superiori Utini dicit quod gens dicti dñi acceperunt ei unam equam, quam recuperavit pro uno Floreno.

Item mediam Marcham Solȝ pro tribus Armentis quas emit in exercitu et eas opportuit restituere sine aliqua ~~pretio~~.

Item perdidit Solȝ xl. pro uno Manzo quod emit, et necessitate coactus per dominium opportuit restituere sine aliquo pretio illi cui erat.

De predictis omnibus vult facere fidem per Capitaneum exercitus.

Querela Dulcisboni de Porta Glemone.

Dulcisbonus filius qᵐ Pelegrini de Pocio de Burgo Glemone dicit, quod

essendo in Exercitu in Villa Orzanis accepta fuit ei una Roncena, quam recuperavit pro uno Floreno, et Capitaneus exercitus promisit ei restituere dictum Florenum, quod habuit, et noluit restituere.

Item dictus Marescalchus sive Capitaneus accepit ei unum bovum quod emerat pro sol. xlviij. promisit dare dictam pecuniam et nullam voluit dare.

Querela Luce de Utino.

Peto ego Lucas de Utino, quod dum Frater meus veniret de Aquilegia Utinum die .xv. Julij Theotonici acceperunt dicto Fratri meo . vij^{c}. allesorum, unum par stivalium, unum vestitum, et unam Marc Frix, quas omnes peto restitui, et Roncenum unum pilli nigri.

Querela dni Hermanni de Carnea.

Dnus Hermannus de Carnea petit quod Phylippus, et Jacometus de Belgrado acceperunt eidem omnes fictus in Villa Bertagulli.

Item dicit quod Senchus de Duyno accepit omnes fictus de Villis Nibresine, et Casteneti, ac etiam in Villa Sancti Pelagi, Dordini, et Leoni de Montefalcono servitores mei Hermanni.

Querela Pagani filij q.^{m} dni Hectoris, Petri, et Frederici de Savorgnano.

Isti sunt fictus, et redditus accepti, detenti, et intromissi per infrascriptos Castellanos dnis Pagano, Petro, et Frederico heredibus q.^{m} dni Hectoris de savorgnano

Imprimis per dnum Fulcherium de savorgnano detinentur fictus, et redditus infrascriptarum Villarum, Videlicet Ville de Savorgnano . Rivose . Magredis . Povoleti . Griglons . Bellasij . Salti . Nimiis Grandens . Quals . Zumpiche . Vallis . Vergnaci . Cortalis . Reane Reanuze . Tricesimi . Paludis . Luseriaci . Adejaci . Cavalici, de quibus Villis solebant exigere ultra Mille . iij. Mensuras de redditu ad usum Curie sine Denarijs, fictus prati sine Galinis, et sine spatulis, ac edis.

Item per eumdem detinetur in Muntibus Sclavorum, in Pecudibus, Caseo, Denarijs et edis ultra decem Marc de redditu ad usum Curie.

Et hoc

Et hoc sine damgno loci de Savorgnano, et bonorum que intus subtraxit, et sine dampno Bonicalium, Silvarum, Nemorum, et Pratorum, que sunt valoris duo Millia Marcharum.

Item per dnum Johannem Franciscum de Castello, et ejus Capitaneum de Rivarotta intromisi sunt omnes eorum fictus et redditus in Villis de Pulcinia, et Rivarotta, in quibus Villis habent ultra .c̃ij. mensuras ad usum Curie.

Item per dnum Fredericum de Castello eis intromisi sunt omnes eorum fictus, et redditus de Villa Orba, in qua Villa habent ultra .xL. mensuras ad usum Curie.

Item per dnum Biachinum de Portunaone et ejus Capitaneum de Vrmo (forte Varmo) intromini et accepti sunt eorum fictus, et redditus in Villis de Romans, Rovoreto, et Ruvidisca, in quibus Villis habent ultra quinquaginta mensuras ad usum Curie.

Item per dnum Hermacoram de Castelluto intromini, et accepti sunt omnes eorum fictus, et redditus in Villis de Teor, Rivignani, Campimolis, Ronchis, Canunij, et Cornicaje, in quibus Villis habent ultra . c̃ij. mensuras ad usum Curie.

Item per dnum Detalmum de Varmo inferiori intromini sunt eorum redditus in Villa de Forforiano, in qua Villa habent ultra decem mensuras ad usum Curie.

Item per dnum Nicolaum parvum de Ragonia intromini sunt eorum redditus in Villa Cisterne, et Chooij in quibus Villis habent ultra . xxviij. mensuras ad usum Curie.

Item per dnum Rambaldum, et Fratrem de Savorgnacho intromini sunt eorum redditus de Faugnacho, in qua Villa habent ultra .xxviij. mensuras ad usum Curie.

Item per dnos Gualterpertoldum, et Henricum Fratres de Spegnimbergo, et eorum Capitaneum de Belgrado intromini sunt eorum redditus et proventus in Villis de Bojano, et Cantianicho, in quibus Villis habent ultra . cL. mensuras ad usum Curie.

Item per dnum Nicolusium de Vilalta intromisi sunt eorum redditus, et proventus in Villa de Cucugnicho, in qua Villa habent ultra . C. mensuras ad usum Curie.

Item per dnum Fredericum de Murutio, et Filios intromisi sunt eorum redditus, et proventus in Murutio in quo habent circha

.xxiiij. mensuras ad usum Curie.

Item per supradictum dnum Fulcherium de Savorgnano seu per ejus servitores die sexto Augusti captus fuit Curtellus eorum massarius de Valle sub Savorgnano, cui acceperunt pisonalia quatuor Pive, et Asinam unam.

Item dicta die acceperunt servitores ejusdem dni Fulcherij Tumaussio eorum massario de Cortale starium Fabe unum.

Petitio Jacobi Sartoris de Utino

Jacobus sartor de Utino petit sibi restitui unum bovem, quod acceperunt ei teotonici de exercitu dum erant in Villa Rizoli in Tabella Utini, et erat valoris unius Marc. Frix.

Querela Mathiussij de Utino.

Mathiussius q.m Mathoni de Utino dicit quod hodie sunt .xx. dies quod accepta fuit ei una Equa. Item die primo Augusti acceperunt ei bladum quatuor Camporum Annone, et una soja, et Lancia una per homines dni nostri Ducis.

Querela Johannini q.m Juliani.

Johanninus q.m Juliani de Utino dicit quod emit unam Equam a quodam Teotonico, quem bene cognoscit Capitaneus de Valse, et de ipsa dedit quatuor Florenos in villa de Savorgnano, et postmodum oportuit ipsam Equam restituere pro duobus Florenis, et dictus Capitaneus promisit ei dictos duos Florenos restituere, quod non fecit

Querela Hectoris.

Hector q.m Petri Lotti de Utino dicit quod dnus Hermacoras de Laturre intromisit ei omnes suos redditus Ville de Corsia:

Item unum suum Mansum in Villa de Ruvignano quem petit distromitti idem Hector.

Querela Dominici Fabri de Pratocluso.

Dominicus Faber de Pratocluso petit quod cum exercitus esset in Cuchanea teotonici acceperunt ei tres Armentas, et .xxxv. Pecudes, quas petit eidem restitui.

Querela

Querela Dominici de Laza Manarij Johannis Ravani.

Dominicus de Laza habitator Utini Manarius Johannis de Ravanis dicit quod in die, qua exercitus erat in Reyana teotonici dñi nostri Ducis acceperunt eidem unum Bovem, et unam Vacham in tabella Utini Valoris Marche unius cum dimidia.

Querela Zanmarchi contra Familiam dñi de Walse.

Item Zanmarcho de Utino accepta fuit una Marcha Denarij per sex servitores dnorum de Walse in nocte, et Denarij XL. in exercitu suo iuxta Julmentum, quorum duo per dictum Dnum capti fuerunt, per quos eidem satisfieri facere promisit, et nil fecit

Querela Johannini Curti, et Jacobi Goveti, ac Sclavucij.

Item Johannino Curto, Jacobo Gaveto, et Sclavutio accepte fuerunt due Armente, quas emerat in exercitu juxta Savorgnanum pro libris parv. V. ½ a certis Teotonicis. Item Congia Vini VIJ. a Mareschalcho, et mutarijs dicti exercitus die qua dictus exercitus recessit de Savorgnano.

Querela Jacobi Nepoti Gualteris textoris.

Item Jacobo nepoti olim Gualteris textoris de Villa Utini de Pracluno in Tabella Utini de Porta Cividati juxta infrascallas per teotonicos exercitus dñi Ducis Austrie Oves triginta, et Castrati duo Valore XVJ. Denarij pro quolibet capite.

Querela Francisci Cantini Familiaris Anzoli Cavalcanti.

Item Francisco Cantini Familiari Anzoli tusci Cavalganti decem staria avene, quam sibi conducebat Budresius de Budrio, et quam sibi acceperunt teotonici dñi Ducis intrando braydas Utini.

Querela dñi Franciscuti de Savorgnano.

Item conqueritur dñus Franciscutus de Savorgnano, quod tempore presenti dñus Johannes Franciscus de Castello interdixit sibi sive Patri suo fictus solvi in Villis infrascriptis Item in Ontognano fictus debitos per Petrum Caratorem: Item fictus debitos per Vincentium. Item fictus debitos per Johannem Pizolum. Item in Morsano fictus debitos per Henricum, et Franciscum Fratres. Item in Feletis fictus debitos per Vidusium;

et quos census nomine Patris sui petit sibi facere relaxari &c.

Querela Johannis Nicolai de Villa de Pavia Utini.

Item Johannes Nicolai de Villa de Pavia Utini de uno Flore Bove sibi accepto per Teotonicos in Vigilia beate Madalene, et expendidit .xLiiij. Denarii, et non potuit rehabere dictum bovem; et hoc fuit in Braydis Porte Aquilegie.

Querela dñe Cuniondis

Item Mucinus Familiaris dñi Biaquini de Portunaone accepit dñe Cunionde de Castro Utini staria iiij. Frumenti, et st. iiij. Anone, et mandavit Massario, quod non obediret dñe predicte in Villa Rovidus che: et Johannino nepoti dicte dñe idem accepit st. Frumenti ij., et Anone iij.

Item dictus dñus Biachinus accepit Johanolo de Lisono in Villa Banie ultra Fulmentum septem staria Furmenti.

Querela heredum q.m Petri Cataldini.

Dñus Andreas de Brazacho detinet violenter heredibus Petri Cataldini unum mansum situm in Colovaro.

Item Rizardus de Varmo accepit dicto Johanolo septem staria Furmenti in Villa Banie.

Querela Nicolusij q.m Thomasini.

Illi de Exercitu dñi nostri Ducis acceperunt affictus Nicolusij, et Fratrum q.m Thomasini Not. super eorum Manso in Predemano.

Querela Misulini.

Item Frater Rodulfi de Cormono accepit affictum Massarij Misulini super manso suo de Tyoppis ~~in~~ circa .xj libras redditus.

Item Peglus de Murutio accepit affictum Massarijs suis de Murutio ~~cinque marcis~~ suis de Murutio circa unam Marcham.

Querela Guecelonis de Cauriaco.

Item illi de Brazacho subditi dñis de Colloreto acceperunt Egidio Massario Guecelonis de Cauriaco unam Equam, duas Armentas, Denarios

centum

centum et Personaliter captus fuit.

Item per predictos cuidam suo Massario de Zerseto Salamoni nomine Armentas .iiij. valoris quinque Marcharum et ultra.

Querela Gumbertini

Item dnus Johannes Franciscus accepit et intromisit fictus .iiij. Massariorum dni Gumbertini in Gonars circa tres Marchas de redditu. Et in Bagorzano fictus Massariorum dictorum circa unam Marcham et precepit eis ut eidem non deberent obedire.

Et servitores epi̅us acceperunt familiaribus dicti Gumbertini unam   unam lanceam, cutellum, et bursam cum denarijs

Item in Flumignano, et in sancto Andrato circa duas Marchas redditus Massarijs.

Item ille de Fontebono intromisit bona Gumbertini in Pagnaco, et in Lazacho circa tres Marchas de redditu, et mandavit Massarijs, ut non conducant ei fictus.

Item dnus Hermacoras intromisit, et accipi fecit Gumbertino in Campomolo, et in Theor circa .iiij. Marchas redditus

Item filij dni Nicolai de Brazacho intromiserunt unum Mansum Gumbertini in Chulugna rectum per Danielem!

Item dnus Hermacoras derobavit sex Massarios Gumbertini in Saleryano de omnibus Armentis, et alijs Animalibus, et bonis omnibus, et ceperunt Massarium suum unum nomine Brunisium.

Querela Guillelmi Magistri Gerardi.

Dnus Hermacoras accepit duobus Massarijs Guillelmi Magistri Gerardi de Galaryano Pecudes .XXXVIIJ. Boves .V. et sacrosp.

Querela Flumini de Galeryano Massarij dni Federici de Savorgnano.

Item dnus Hermacoras, sive servitores sui derobaverunt eidem duos Porcos, quinque Armentas, unum Asinum, unam Asinam, Pecudes .XXXJ. et totum Sacrosp.

Item Zaninus q.m Henrici de Rizolio dampnificatus fuit in quinquaginta starijs Avene, que accepta fuit eidem de Terra Rizzoli de domo sua per gentes dni Ducis die in qua fuerunt

prope Savorgnanum.

Querela Stephani Misutti

Stephanus Misutti petit sibi restitui duos Boves, et duas Vacchas valoris .vij. March. videlicet Boves rubeos, Vaccham unam rubeam, et unam floram, de quibus habuit Zannuttus de Landri Boves. ij. et unam Vaccham rubeam, aliam habuit Princeps hospes de Civitate.

Michoni.

Item Michonus de Revosa petit unam Roncinam valoris .iij March. acceptam juxta Utinum.

Item Requia Faber unam Equam acceptam juxta Utinum valoris March. unius cum dimidia Denarij.

Item Deulusalf. Vacchas .iiij. et Boves .ij. valoris .iij. March.

Item Oldoricus cerdo

Item Michusius nepos Zurcelli Vacas duas.

Item Conradus de Cadubrio duos Boves . iiij. Vacchas, et unum Asinum.

Item Turbanus tres Boves . ij. Vacchas, et Videllos .iij. valoris .v. March.

Item Phylippus unum Bovem, unam Vacham, et duos Asinos.

Item Tusonus unam Equam . v. March. valoris.

Pascutus Preco Vacas duas valoris .ij. March.

Phylippus Familiaris olim Manchotti Vacas . ij. unam Zupam Denarij. xxiij. unam Tascham, stipalia, Bursam cum Denarijs

Donatus de Cavalico Armentas duas, et duos Manzos.

Et predicta omnia accepta fuerunt juxta Utinum in recessu Teotonicorum.

Infrascripta sunt ea que accepta fuerunt Franzuto de Utino qui fuit de Martignaco per Petrum de Faganea et ejus Familiares.

Imprimis acceperunt eidem tres Boves, et unam Vaccam et eum penetraverunt cum quodam Pillotto; et hoc fuit die Jovis proxime elapso duodecimo Augusti.

Petrus

Petitio Magistri Francisci artis Gramatice
Professoris de Utino.

Conqueritur dictus Magister Franciscus, quod Musius de Sofimbergo sua propria auctoritate cum suis choajutoribus se intromisit de quodam suo Pecolo scito super monte de Sophinbergo ipsum vindemiando, et fructus suos violenter contra debitum rationis accipiendo non obstantibus supplicationibus, et sententijs contra dictum Masium, et participes dicti loci de Sophinbergo rationabiliter obtentis per dictum Magistrum Franciscum.

Die Jovis proxime preterito accepti fuerunt michi Uricio q.m Nicolai Rusiti duo Boves, quos si haberem non darem pro tribus Marchis cum dimidia ad minus, per homines de Cividato, et fuerunt conducti in domo Stephani olim Coqui dni Conradi Bujani, et ipse Stephanus habuit.

Infrascripta sunt ea, que accepta fuerunt Francischo q.m Mucittoni de Villa superiori Utini per Petrum de Faganea, et ejus Familiares.

In primis acceperunt eidem Francisco duos Boves, quos si haberet non daret pro tribus Marchis, et hoc fuit die Jovis proxime preterito duodecimo Augusti.

Infrascripta sunt ea, que accepta fuerunt Masino q.m Muzuttoni de Villa superiori Utini per servitores, et Teneos dni Ducis.

In primis acceperunt eidem Masino quatuor Boves prope Utinum quos si ~~eos~~ haberet non daret pro sex Marchis, quos Boves Johannes de Landro prope Cividatum emit in Cividato cum certis alijs Armentis: Et hoc fuit die Sabati quartodecimo Augusti proxime preterito.

Johannis Pauli.

Johannes Paulus dixit, quod Federicus de Portis de Cividato accepit fictus suos unius sui Mansi, sive boni, quod habet apud Castrum del Grunumberch anno proxime preterito, et anno presenti: Videlicet quolibet anno Mensuras. xxy.as

Dñe Palmirune.

Item dñus Hermacoras in Galeryano accipi fecit Andree Massario dñe Palmirune de Utino unum Bovem, et unam Manzam, et duos Asinos, et Pecudes . xxx. y. unam Calderiam, et alia plura domus &c.

Item Pascutte ejus Massarie unam Armencam unam Manzam, et duas Asinas.

Item filio Stephani quinque Animalia inter boves, et Vacham, et unam Asinam.

Johannis Guccij

Mathiussius de Mels intromisit Johanni Guccij in Mels Henrico staria Frumenti. iij. Merlo staria Frumenti iij. Seloginis . j. et dñe Caterine ejus Massarijs et Ficualibus staria Frumenti. iiij.

Item Bertoldo de Montagnacho de Villa Montagnaci, dum esset dñus Leitistam in Utino fuerunt accepta quinque Armenta per Familiares Oddorici de Pramberga scilicet per Tosonem, et alios qui stant in Glemona Jacobo dicto Cumucio de Montagnaco Massario dicti Bertoldi.

Ex Autographo in Tabulario Magcae Civitatis Utini existente.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

C. 4 b.

C
4
v

C 4/6

of=
utay
me
ima
ine
imu-

Um
ia=
o
my
i=
S
e
ine
o=

1350 -

Litteræ Imperatoriæ Majestatis.

Die Veneris 23. Julij redijt Nuntius missus Dno Imperatori. et Dno Castaldioni atque toti Consilio Utini presentavit Litteras quasdam clausas infrascripti tenoris in Cartam Rdina sigillatas sigillo quodam de cera rubea coperto de carta bombicis, in quo sigillo ut prima facie apparebat, sculpta erat quædam Aquila, et in subscriptione scriptæ erant dictæ letteræ: Prudentibus Antianis, et Consilio, et Communi Opidi Utini fidelibus nostris dilectis, et intra dictam Litteram desuper tenorem ipsius in duabus Lineis erant hæ Litteræ: Carolus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus, et Boemiæ Rex.

(margin: ~~forse supradicte~~)

Tenor vero dictarum Litterarum talis est:

Fideles carissimi, de morte felicis recordationis Venerabilis Bertrandi olim Aquileiensis Patriarchæ Principis et Devoti nostri precarissimi, tanto amariori cordis compunctione dolemus, quanto nobis et sacro Romano Imperio ipsum fideliorem agnovimus, sicut hoc quampluries evidentibus accepimus argumentis. Verum quia post huiusmodi sinistri eventus auspicia nos vestrum Propugnatorem, et Defensorem elligistis, gratum illud et satis acceptum nostra Celsitudo recepit, et ad ea semper niti volumus, et moveri continuo, per quæ amica securitate prosperari possitis, ac evidentem profectum colligere sub felici Regimine Principis

(margin: ~~forse~~. niti)

generosi. Et specialiter ex intentione precipua in termino placitorum amicabilium, quem cum Illustri Alberto Austrie, Stirie, et Carintie Duce breviter habere proponimus, negotiorum, status, et conditionis vestre adeo gratiose, et cum sincero affectu reminisci ~~et~~ volumus, prout vestra requirit dudum approbata fidelitas, et vobis ex inate Nobis benignitatis clementia propensius obligamur. Hinc est fidelitatem vestram ortamur, attente, quatenus in presentis turbate turbationis discrimine ad custodiam munitionum, et Patrie, et ad ~~securitatem~~ tuitionis presidium sic studealis insistere, quemadmodum a nobis et Imperio, ac de futuro vestro Presule diligitis non immerito de fide, et legalitatis industria, commendari et condigne retributionis meritum cum ubertate gaudij et affluentis iocunditatis letitia prestolari.

Dat. Prage 4.a Die Julij Regnorum nostrorum anno 4.°

que · + · R. securitatis tuitionis · ~~f. ac a~~

1350

Litere Imperatorie Majestatis

Hic Venerijs ex Italijs redijt Nuntius missus Dño Imperatori, et Dño Castaldioni, atque toti Consilio Utini presentavit literas quasdam clausas infrascripti tenoris in Carta Edina sigillatas sigillo quodam de Cera Rubea, coperto de carta bombicis, in quo sigillo ut prima facie apparebat sculpta, erat quedam Aquila, et in subscriptione scripte erant dicte litere: Prudentibus Antianis, Consilio, et Comuni Opidi Utini, fidelibus nostris Dilectis et intra dictam literam desuper tenorem ipsius in duabus lineeis erant he litere

Carolus Dei Gratia Romanorum Rex semper
Augustus, et Boemie Rex

Tenor vero dictarum litterarum talis est

Fideles Carissimi, de morte felicis recordationis Venerabilis Bertrandi Olim Aquileiensis Patriarche Principis, et devoti nostri precarissimi, tanto amariori cordis compunctione dolemus, quanto nobis, et sacro Romano Imperio ipsum fideliorem agnovimus, sicut hoc quamplurimis euidentibus accepimus argumentis. Verum quia post huiusmodi sinistri euentus auspitia Nos uestrum Propugnatorem, et Defensorem elegistis. gratum illud et sabis acceptum nostra Celsitudo recepit, et ad ea semper [illegible] volumus, et moveri continuo, per que amica securitate proservari possitis, ac euidentem profectum colligere sub felici Regimine Principis generosi, et specialiter ex intentione precipua in termino placitorum amicabilium, quod cum Illustri Alberto Austrie, Stirie, et Carintie Duce breviter habere proponimus, negotiorum status, et conditionis vestre adeo gratiosam

et cum sincero affectu reminisci Volumus pro ut vestra requirit
dudum approbata fidelitas, et vobis ex innatę Nobis benignitatis cle-
mentia propensius obligamur.

Ideirco fidelitatem vestram hortamur attente quatenus in presentis
turbatę turbationis discordio ad custodiam munitionis et Latr[illegible]
et ad siurę tuitionis presidium, sic studeatis insistere, quemad[mo]-
dum a Nobis et Imperio ac de futuro vestro Presule diligis[illegible]
imerito de fide et legalitatis industria comendari, et condig[n]
retributionis meritum cum ubertate gaudii, et affluentis iocundi[tatis]
lętitia prestolari.

Dat: Pragę 4.a die Julij Regnorum Nostrorum. año 4.o

1350

Nicolaus miseratione Divina Sanctæ Sedis Aquilegensis Patriarcha
Dilectis Fidelibus nostris Capitaneo, et Comuni Terræ nostræ
Utini; salutem, et omne bonum. Fidelitati vestræ notificamus
ad gaudium, quod Sanctissimus Pater Dominus Noster Papa
die 23. huius mensis Octobris dignatus fuit nos in Patriarcham
Sanctæ Aquilegensis Ecclesiæ promovere, Fidelitatem eandem
attentius exortantes quatenus circa pacificum statum, et
honorem eiusdem Ecclesiæ ac nostrum devotis animis
et efficacibus operibus fideliter intendatis. Nos enim visuri
primitus Dominum Fratrem nostrum Dnum Regem Ro=
manorum quantocius poterimus de proximo ad dictam
nostram Ecclesiam curabimus nos conferre.

Dat. Arimini die ultimo mensis Octobris Ind. 3.

(Subscriptio) Dilectis Fidelibus nostris Capitaneo, et Comuni
Terræ nostræ Utini.

1350

Millesimo tricentesimo quinquagesimo Ind. 3.a die Jovis X mensis Junij. Actum Utini super Domo Consilij Comunis Utini presentibus Domino Jacobo del Carbo Legum Doctore de Florentia Dietrico de Zuxip? Simone de Carnia milite, Guberino Drappeno? Gabriele de Cremona mastro de Aquilegia, Mattio de Mozzo, Dominico Zerlini, Nicoleo mastro, Francischo Dominici, Jocaccino Stayroli et alijs pluribus testibus...

Venerunt ad presentiam Nobil: Viri Domini Francischi de Savorgnano, Capitanei Terre Utini, et totius Consilij ipsius Terre, ... fuerunt congregati in dicto Consilio omnes consiliarij ipsius et maior pars hominum Terre Utini, Nobiles viri Domini Reinerius Schenk miles una cum infrascriptis alijs suis socijs in infrascripta litera contentis tanquam Ambasciatores Domini Comitis Goricie ad faciendum fidem quomodo erant Ambasciatores ipsius Domini Comitis, et etiam de ambasciata eis imposita, fidem coram dicto Capitaneo, et hominibus dicti Consilij exhibuerunt literam sigillatam sigillo Domini Comitis predicti ut prima facie apparebat et cedulam ambasciate huiusmodi que inferius describentur quarum tenor talis est.

Meinardus Comes Goricie ac Tiroli Advocatus Ecclesie Aquilegensis.

Ad vestre prudentie discretionem Nobiles Viros Reinerium Schenck militem de Osterwiz, Nicolaum de Galestran et Dietricum de Vernestain Ambasciatores nostros mittimus

ad vos de nostra intentione plenius informatis quibus indictis eam ex parte nostra vobis referentibus veritatis fidem dare velitis cre- dulam tanquam nobis.

Dat. in nostro Castello Austria die [illegible] mensis Julij.

Die XI. Junij de sero post Cenam.

Rigettus Nuntius missus ad Dominum Comitem portavit literas fidantie ab ipso Domino Comite pro Ambasiatoribus mittendis ad ipsum et ipsas litteras presentavit Domino Capitaneo, et suo Consilio infrascripti tenoris, qui Dominus Capitaneus, et Consilium elegerunt in eorum Ambasiatores

Ser Bernardinum [illegible] [illegible]

Ser Franciscum Dominici

cum capitulo infrascripte Ambasiate

Tenor fidantie.

Nos Meinhardus Comes Goritie ac Tirolis Ecclesiarum Aquilegensis Tridentine et Brixinensis Advocatus presentibus profitemur, et constare volumus universis, quod nos per nos, et universos nostros amicos servitores omnes, et subditos, Ambasiatores Terre Utini quicunque erunt veniendo ad nos Cormonum cum eorum Comitiva standu, et redeundo affidamus, et firmiter assicuramus rebus pariter et personis harum testimonio Literarum.

Dat. in dicto nostro sub Anno Domini 1350. die XI. mensis Junij, Ind. 3a.

Littera

Littera credentiæ Ambasciatorum missorum ad Dominum Comitem.

Ad magnificentiam Vestram transmittimus Dilectos Cives nostros Viros Providos Franciscum Dominici, et Dominicum Zerbini super Ambasciata pridie dimissas per Ambasciatores vestros in scriptis nostro Comuni, de nostra intentione plenius informatos, quibus et nostræ vestra magnificentia dignetur fidem indubiam adhibere.

Dat. Utini die XII. Junij. In quorum omnium testimonium presentes fieri fecimus nostri Comunis Sigillo Sigillatas

Franciscus de Savorgnano Capitaneus Consilium, et Comune Terræ Utini.

Litteræ missæ quod responso Comitis non erat acceptatus.

Dnō Aquilensi et aliis	Canipei
D. Endrico de Strassoldo	Ariano
Comuni marani	Manzeo
Comuni Sancti Viti	Tulmezeo
Comuni Glemone	Cuccanie
Comune Venzoni	Partistagno
Budrio	Alimens
manzano	S. Danielem
Uardezoiolē	Inganiam
Sacilo	Tulminum

In Istria.

Coneglas
Pingueinte
Portoly
Buglis
Rozzio
Albona
Mugle
Colmo
Flavone

1352.

Maestro di scuola di Cividale.

Da un Protocollo in 4°. alquanto corroso, e mancante nel principio senza il nome del Notaro. si conserva appresso di me.

M.CCC.lij. Indictione Quinta.

Die xxj. Septembris in Civitate austria apud domum Magistri Francisci scolarum de Civitate presentibus ipso Magistro Francisco, Adalone q.m Nicolai olim Turini de Civitate, Henrico q.m Johannis Ribisini de Civitate Petro filio Henrici Formie de Civitate et alijs. Dnus Presbiter Nicolaus de Vicarius sancti silvestri de Civitate nomine mutui solvere in Civitate promisit et stetit dño Iustino de Oppremo commoranti Civitat. &c. sex Marchas denariorum Aquilegen. usque ad Festum resurrectionis dñi proximum. Et obligavit vinum et bladum, et supellectilia sive masaritiam sue domus &c. et vocavit se convictum & cum omni melioramento.

Annal: Tom: II.

1354.

Die decima mensis Januarij.

In Consilio Dnus Gambinus ex parte Dni nostri Patriarche retulit in Consilio Quod Dnus noster Patriarcha considerando utilitatem, et bonum statum Terre Utini voluit quod Magister Salatinus penitus salarietur per comune Utini et detur sibi sallarium pro grammatica, et pro notaria et non permittatur recedere a Terra Utini

Super quibus diffinitum et deliberatum fuit per totum consilium quod noviter selarietur per comune Utini et pro grammaticha, et notaria provideatur sibi, et dentur septem Marce denariorum Aquilegensis Monete de sellario annuatim de cetero ut ipse possit regere scolas in Utino in grammaticalibus et notaria pro honore et bono statu Comunis et hominum Utini

135. 2. ottobre

Hoc est exemplum cujusdam privilegii cujus tenor talis est. Nico-
laus dei gratia et sancte sedis Aquileyensis Patriarcha,
dilecto in christo filio fratri Guidoni miseratione divina
Abbati monasterii Sancti Galli de Mosio nostre Aquilegensis
diocesis, perpetuam salutem in domino Jesu christo. Si de
hiis que divina tribuente clementia nobis, et dive memorie
Romanorum Imperatorum, et Regum liberaliter (tate) concessa
sunt, inter nostros et potissime suos devotos et fideles, atque
constantes nobis et Ecclesie nostre rerum efficitarium (efficax) majoris
experientia demonstravit, aliqua gratiose concedimus, et par-
timur, nostra non diminuimus jura; ymo ea potius illesa con-
servamus, et eorum animos ad conservationem fidei efficimus
promtiores. Hinc est, quod nos attendentes, grandis Zeli fervo-
rem, puritatemque devotionis quam tu nobis, et Ecclesie
nostre Aquilegensi in exhibitione servitiorum adhibuisti, ani-
mo indefesso, et exhibebis ferventius in futurum prestan-
te domino sentiens te et tuum monasterium ex nostri
munificentia gratioso debere munere honorari. Ecce
quod tibi, et per te, tuis successoribus, atque monasterio
tuo in honorem beatissime Marie virginis, et sub voca-
bulo beati Galli confessoris constructo, quod sub nostre
protectionis tutella suscipimus, nostro, successorum nostro-
rum et Aquilegensis ecclesie nomine plenum jus, plenumque
dominium, cum garitto et omnimoda jurisdictione tempora-
li, atque regalia, nec non merum et mixtum Imperium,
que omnia nobis, et predicte Ecclesie nostre competunt, et
ex largitione divorum Imperatorum, et Regum Romanorum
ad nos, et ecclesiam nostram spectare noscuntur, in Canali-
bus Mosij, Resee, ac Cluse, atque eorum locis pertinentiis,
et confinibus positis in dictis canalibus, ab introytu montium
ubi currus mercatorum incipiunt ascendere viam Montis ubi Bocha de Canro
versus Venzonum, (dicitur appellari, usque ad flumen Pontebe inclusive, eundo) eundo versus Vegleclium, et in omnibus
villis, locis, strata, montibus, vallibus et planitiebus posi-
tis infra confines hujusmodi per presentem paginam con-
cedimus, et perpetuo elargimur. Volentes, et presenti

Decernentes

desernentes edicto, quatenus ~~tu~~, tuique Successores canonice
intrantes, et dictum monasterium tuum absque contradictio-
ne cujuscumque persone alte, vel humilis, cujuscumque con-
ditionis existat, et non obstantibus aliquibus sactionibus, con-
ventionibus, transactionibus, compositionibus, seu compromi-
ssionibus per quascumque personas factis, seu consuetudini-
bus, aut aliis quibuslibet per quas, seu que posset concessioni
nostre hujusmodi et jurisdictioni ~~nostre~~ vestre, per nos, ut preferetur
attribute, aliqualiter derogari libere, quiete, et expedite prout
nos facere possemus juste et rationabiliter gaudeatis, et uta-
mini omnibus et singulis supradictis. Salva nimirum fide-
litate, subjectione, et obedientia nostris, Successorum nostro-
rum, et Ecclesie nostre predicte; ad quos te, tuosque Succes-
sores predictos futuris temporibus amplius obligamus. Ita
tamen quod sicut nunc te, tuo, et successorum tuorum nomi-
ne, in presentia venerabilium fratrum nostrorum Episcopo-
rum, aliorumque Prelatorum, atque nobilium, de hujusmodi
Regalibus, Juribus, jurisdictionibus, et honoribus per Vexillum
et gladium presentialiter investimus. Ita deinceps a nobis,
successoribus nostris investituram eorumdem, velut princi-
pi nostri, et predicte Ecclesie suscipiatis, per vexillum sindonis
et gladium, in signum principatus, et temporalis dominij
humiliter et devote. Ad quorum omnium memoriam, et
perpetuam firmitatem, presentem nostre largitionis, et con-
cessionis paginam per Paulum nostre Curie notarium con-
scribi jussimus, et nostri Sigilli pendentis munimine robo-
rari. ~~Datum et actum~~ in terra nostra Utini die vigesimo
quarto mensis octubris. Anno dominice Nativitatis mil-
lesimo, Trecentesimo, quinquagesimo quarto, Indictione
septima.

Ego Paulus quondam magistri Johannis de Mutina pu-
blicus, imperialis aule ~~[illegible]~~ notarius et predicti domini
Patriarche, ejusque Curie officialis et scriba, predictis con-
cessioni, largitioni et investiture, ac aliis supradictis interfui

et

et ea de mandato predicti domini Patriarche scripsi, et publicavi, meque rogatus subscripsi. Presentibus reverendis, et venerabilibus in christo patribus, virisque nobilibus et discretis dominis Antonio Tergestino, et fratre Johanne Emonensi Episcopis, fratre Michaele, Abbate Sextensi Sexterziensi, Gambino preposito Ecclesie sancti Petri de Carnea, Ferardo de Pirtok, et Nicolao de Cafratina militibus, Galvano de Maniaccho, Nicolussio orbitti de utino, Philippo de utino notario, et aliorum multitudine copiosa congregata in loco, seu territorio sancti Antonij de utino ubi tunc, et eodem instanti, prefatus dominus Patriarcha cum prefatis dominis Episcopis cum magna solempnitate imposuerat lapidem angularem, idest primum lapidem in fundatione domus sive Ecclesie sancti Antonij missam consecrationis cimeterij ejusdem Ecclesie celebrante venerabili in christo patre domino fratre Gratina Dei gratia Episcopo Segniensi....

Et ego Odoricus quondam Andree de utino Imperiali auctoritate notarius publicus suprascriptum exemplum ex suo vero orig.... autentico Privilegio scripto manu Pauli notarii predicti.... sigillato vero, et integro, ac illeso sigillo pendente suprascripti domini Patriarche non viciato, non cancellato, nec in aliqua sui parte suspecto diligenter et fideliter assumpsi, et exemplavi, nil addens vel minuens quod sensum mutet, vel variet intellectum, ipsumque Exemplum cum dicto suo originali, unaa cum infrascriptis Nicolao, Philippino, Philippo, et Albergetto Altrigetto notariis coram venerabili Patre et domino, domino Antonio dei gratia Tergestino Episcopo Reverendissimi in Christo patris et domini domini Nicolai eadem gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarche, vicario in spiritualibus generali, pro tribunali sedente in terra Utini in domo sue habitationis diligenter et fideliter ascultavi, et quia idem dominus vicarius cognovit dictum exemplum cum dicto suo originali per omnia concordare.

concordare ut ipsi Exemplo, tamquam suo autentico, et ori-
ginali privilegio, adhibeatur de cetero plena fides, super
ipso Exemplo, suam, et Vicariatus sui predicti auctoritatem
interposuit, et decretum; Egoque de ipsius domini Vicarij
mandato in testimonium me subscripsi, signo meo apposito
consueto. Anno Nativitatis Domini Millesimo Trecente-
simo quinquagesimo quarto, Indictione septima, die Sabati
vigesimoquinto Octubris. Presentibus discretis viris presbyte-
ro Michaele Plebano Muglensi, Presbytero Wolrico plebano Tre-
vini, Albertino notario de Feraria Utini comorante, Simone
notario quondam Quinuttis notarii de Utino, et Nicolao quondam
dominici mesie, Philippino, Phi ipso filio matrice mollandinarij
et Albrigetto, omnibus notariis infrascriptis, testibus et aliis plu-
ribus.



Et ego Nicolaus quondam dominici mesie de Utino publicus
imperiali auctoritate notarius suprascriptum exemplum cum
suo vero originali autentico privilegio cum integro sigillo et
illeso dicti domini Patriarche pendente non viciato, non cancellato
nec in aliqua sui parte suspecto una cum suprascripto Odo-
rico, et infrascriptis notariis, coram prefato domino Episcopo
Vicario dicti domini Patriarche pro tribunali sedente in dicta terra
Utini in domo sue habitationis, et suam ut prefertur auctori-
tatem interponente, diligenter, et fideliter ascultavi, et quia
ipsum exemplum cum dicto suo originali autentico per omnia
concordare inveni, de mandato dicti domini Vicarij, in testimonium
me subscripsi, signumque meum hic apposui consuetum,
predictis Anno Indictione, die, loco, et testibus.

Et ego Philippinus quondam domini Iacobsti de Ancona Im-
periali auctoritate publicus notarius suprascriptum exem-
plum cum suo vero originali autentico privilegio cum integro
sigillo et illeso dicti domini Patriarche pendenti non viciato, non
cancellato, ne in aliqua sui parte suspecto, una cum suprascrip-
tis notariis Odorlico quondam Andree et Nicolao quondam domi-
nici; et infrascriptis notariis coram prefato domino Episcopo Vi-
cario

cario dicti domini Patriarche pro tribunali sedente in dicta terra Utini in domo sue habitationis, et suam ut prefertur auctoritatem interponente diligenter et fideliter ascultavi, et quia ipsum exemplum cum dicto suo originali autentico per omnia concordare inveni de mandato dicti domini vicarii in testimonium me subscripsi, signumque meum hic aposui consuetum. predictis anno, inditione, die, loco et testibus etc. et scripsi.

Et ego Philippus olim Matthie mollandinarii de Utino Aquilegensis diocesis publicus Imperiali auctoritate notarius suprascriptum Exemplum cum suo vero originali autentico privilegio cum integro sigillo et illeso supradicti domini Patriarche pendente non vitiato, non cancellato, nec in aliqua sui parte suspecto, una cum suprascriptis Odorico, Nicolao, Philippino, et infrascripto Alberigetto notariis, coram prefato domino Anthonio Episcopo Tergestino vicario supradicti domini Patriarche pro tribunali sedente in dicta terra utinensi in domo sue habitationis, et suam ut prefertur auctoritatem interponente, diligenter et fideliter ascultavi, et quia dictum exemplum cum dicto suo originali autentico per omnia concordare inveni de mandato antedicti domini vicarij in testimonium premissorum me subscripsi, signumque meum hic apposui consuetum predictis supradictis anno inditione, die, loco, et testibus etc.

Et ego Alberigettus quondam domini Alberigetti notarij de Bononia Utini habitantis Imperiali auctoritate notarius publicus presens suprascriptum Exemplum cum suo vero originali autentico privilegio cum integro sigillo, et illeso supradicti domini Patriarche pendente non viciato non cancellato, nec in aliqua sui parte suspecto una cum suprascriptis Odorlico, Nicolao Philippino, et Philippo notarijs coram prefato domino Antonio Episcopo Tergestino vicario supradicti domini Patriarche pro tribunali sedente in dicta terra Utini in domo sue habitationis et suam ut prefertur auctoritatem interponente diligenter ac fideliter ascultavi, et quia dictum Exemplum cum dicto suo originali autentico per omnia concordare inveni

de mandato antedicti domini Vicarij in testimonium premisso-
rum me subscripsi, signumque meum hic apposui consuetum
anno, indictione, die loco, et testibus antedictis

C
4
b

C 4 6 [illegible]

1355.

Maestri di scuola

Da un piccolo Protocollo in 8.° notato di fuori = Note dñi Odorici de Surana not.
si conserva appresso di me

In nomine dñi amen. Anno nativitatis ejusdem. Millō. iiij. LV. Indictione VIIJ.ª Die. XV. Novembris. Utini sub Lozia Communis presentibus Johanne filio dñi Gabrielis magistro Bartholomeo ferratore de Utino q.m Nicolai de Padua Guidone ornatore q.m Turre de eodem loco, Nicolao not. q.m Magistri Gregorij scolarium, Benevenuto q.m Magistri Bonaventure Phisici et Seraphino filio Petri Vaurini omnibus notarijs de Utino, ac Nicolao Cerdone q.m Mathie de Utino testibus, et alijs pluribus. Zorzius Not. q.m Magistri Francisci Scolarum de Utino pretio, et foro decem et septem Marcharum denar. Aquilegen. quod totum pretium fuit confessus, et contentus se habuisse ac integre recepisse a Nicolussio Cerdone q.m Pitte Not. de Utino dante et solvente vice et nomine magistri Pelli cerdonis q.m Bicucii de Utino et de ejus pecunia. Renuntians &. per se &. jure livelli seu fictus perpetualis Aquilegen. Ecclesie dedit vendidit, et tradidit eidem Nicolussio ementi vice ac nomine dicti Magistri Pelli &. sex campos sitos in tabella Ville de Lauzacho. &.

Quitanza fatta a M.ro Zacheo Scandaleoni da Luca Monetario

1356. In Xpi nomine Amen. Nos Nicolaus Dei gratia sancte sedis
Aquileg. Patriarcha notum fore volumus universis presentes
litteras inspecturis quod cum nos fideli et honesto viro ma
gistro Zacheo q.m Bindi Scandaleonis de Luca cuius fidelita
tem et probitatem experimento cognovimus, fabricationem, et
constructionem nostre monete Aquilegen. commiserimus et ad
ipsam cudendam, dum in Magistrum eiusdem nostre monete
assumpserimus sicut constat scriptis publicis, et litteris nostris
sigillo munitis. Nos advertentes quam fideliter et lauda
biliter atque sine omni fraude et dolo idem noster Za
cheus monetam nostram predictam a tempore sibi facte co
missionis usque ad diem presentem iuxta pacta inter nos
et ipsum inita nil minuens sed potius addens ut pro
prio fabricavit; Et quod ipse de omnibus et singulis
in quibus ratione dicte monete per eum fabricate et cuse
tenebatur ac de omnibus receptis per eum fidelem ve
ram, et iustam, et laudabilem nobis, et nostris officialibus
nostro nomine reddidit rationem predicte monete fabrica
tionem, et cussionem iustam, rectam et bonam approba
mus et protestamur in nullo penitus defecisse, et rationem
ac computum nobis, et nostris officialibus de omnibus, et sin
gulis in quibus nobis ut predicitur tenebatur iuste, et fi
deliter ac sufficienter fore facta, nobisque de premissis
satisfactum esse integre per dictum magistrum Zacheum
usque ad diem presentem tenore presentium profitemur
Ex quibus puritate et fideli constantia ipsius magistri Zache
i consideratis eiusque servitiis cum omni promptitudine
per eum nobis ~~[illegible]~~ impensis cognoscimus nos ad eius
promotiones et comoda ex debito obligari. Proinde ne per
nos aut Successores nostros ipsi Magistro Zacheo et heredi
bus suis possit moveri occasione premissorum aliqua ma
teria questionis. Nos ex nunc nostro et nostrorum succes
sorum nomine ac nostre Aquilegen. Ecclesie eundem Magis
trum Zacheum eiusque heredes a qualibet reddenda ratione
ulterius de premissis aut ipsorum aliquo ~~[illegible]~~ in parte
vel toto liberamus, et reddimus totaliter absolutos. fa
cientes nominibus quibus supra ipsi Magistro Zacheo
suo et heredum suorum nomine recipienti de omnibus

et singulis, que idem Magister Zacharias nobis occasione
dicti montis seu alia quavis de causa solvere vel modo
tenebatur usque ad diem presentem perpetuo finem ac
plenam et liberam remissionem ac pactum de ulterius non
petendo. Renunciantes exceptioni non habite iure et leg
legitime rationis ac non facte finis remissionis quietationis
et pacti de ulterius non petendo, ac omni legum et iuris
auxilio tam Canonici quam civilis, omnique alij iuri ex-
ceptioni defensioni, et vel quibus contra premissa vel ipso-
rum aliquid posset modo aliquo contravenire. Ac etiam pro-
mittentes omnia et singula in huiusmodi nostris litteris
contenta habere perpetuo firma rata et grata et contra
predicta vel ipsorum aliquid nullo unquam tempore
per nos vel alios dicere facere vel venire ratione
aliqua dolo ingenio sive causa de iure vel de facto.
Ad hec omnia bona nostra et ecclesie aquilegensis ecclesi
sic solemniter obligantes. In quorum testimonium
presentes nostras litteras fieri jussimus et nostri sigilli
appensione muniri. Datum Utini in nostro Patriarchali
Palatio die V mensis Novembris Anno dominice nati-
vitatis M.ccclvj. Ind. X iiij.

1356.

1356.

In Christi Nomine Amen.

Anno Nativitatis eiusdem mill.o trecentesimo quinquagesimo sexto Ind.e VIIII.
Die XVII. mensis Februarij. Presentibus Revd.o in Xp̃o Patre D.no
Iacobo Dei Gra.a Feltren. et Bellun. Ep.o. Ven: Viris D.nis Manzolo
de Manzis Decano. Ambrosio de Laturre. Guill.o q Sauere de Cre-
mona et Iohanne de Carate Can.cis Aquilegen. Nicolao de Regis Ple-
bano Sancti Danielis Venceslao Plebano Plebis de Otaymburgo.
Nobilibus Viris D.nis Aenachone. Venceslo Ruzmio de Praga. Pau-
lo de Bruna. Alberto de Nabatm. de Boemia Militibus. Guill.o
Ricossio Potestate Aquilegie, et Philippo hostiario D.ni Pathe in-
frascriptis, et alijs.

Cum Ecclia Sancti Felicis Aquilegen. sit ab hominum habitatione remota, nec in ea
noctis tempore iaceant aliqui dictam Ecclia et ea que in ipsa con-
sistunt custodientes - Reverendissimus in Xp̃o Pater et D.nus D.nus Ni-
colaus Dei Gra.a Sancte Sedis Aquilegen. Patha diligenter considerans
et attendens conditiones presentes - ac volens iuxta posse futuris peri-
culis obviare - Corpora. Ossa et Reliquias sita in quadam archa lapidea
super Altare maius predicte Ecclesie Sancti Felicis Vid.t Beatissimo-
rum Felicis. Fortunati. Sigismundi Regis ac Mene Martirum extraxit de
dicta Archa - et illa faciens ad suam Metropolitanam Ecclesiam Aquil.e
cum debita reverentia apportari - eadem in Sacristia dicte Metropo-
litane Ecclie collocavit. ut ibidem securius maneant et serventur.

Acta fuerunt predicta in Ecclis supradictis Vid.t Metropolitan. et Sancti Felicis

1356 14 ottobre

Anno Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo sexto Indictione . viiij. Die . xiiij . Octubris . In Castro Maniaci in Camera . Presentibus Discreto viro presbitero Nicolao Vicario plebis Maniaci . Magistro Jacobo filio Alexandri de ymola . Francisco q.m Almerici de Carnea . Matiussio q.m dñi Francisci de Glemona testibus, et alijs . Dñus Bartolomeus q.m dñi Galvani de Maniaco pro se ipso, et vice, et nomine Nicolai fratris sui sterit, et promisit per manum, et fidem, et nomine sacramenti Rambaldo fratri suo pro se, et suis heredibus stipulanti dare, et consignare eidem Rambaldo quatuor Marchas de redditu ad usum Curie in Maniaco, vel circa Maniacum in bono loco, secundum quod videbitur illis, qui sunt ellecti ad faciendum partes, et divisiones inter dictos, et alios fratres filios, et heredes dicti dñi Galvani, quandocumque dicte partes facte erunt, et hoc pro centum Marcis denariorum novorum Aquilegensis monete nove, quas dictus Bartolomeus dare tenetur dicto Rambaldo, ut ibidem confessus fuit, tali conditione, et pacto habito, et firmato inter eos, quod dictus Rambaldus habere tenere debeat dictas quatuor Marcas ad usum Curie, ut dictum est, et ipsis uti, et frui, et de redditibus dictarum quatuor Marcarum omnem suam voluntatem facere, quousque per dictum Bartolomeum, vel Nicolaum ejus fratrem, aut eorum heredes non fuerit facta solutio debiti antedicti Rambaldo prefato, et quod nunquam possit petere a dicto Rambaldo aliquid de sorte ex debito usurario . Item firmatum fuit inter eos ex pacto expresso, quod quandocumque dictus Bartolomeus, et Nicolaus dabunt dicto Rambaldo dictas Centum Marcas, quod teneatur eis restituere, et consignare dictas quatuor Marchas de redditu ad usum Curie, secundum quod dictum est . Et quandocumque possent dare dicto Rambaldo denarios pro una Marca de redditu, quod similiter teneatur eis ipsam dimitere, et sic de ceteris ; de minori quam capiat ad unam Marcam de redditu non teneatur restituere si dare velent denarios, qui non caperent ad summam unius Marce . Promittens una pars alteri, et altera alteri predicta omnia, et singula supradicta firma, et rata habere, et tenere, et non contrafacere, vel venire per se vel alios aliqua ratione vel causa de jure, vel de facto sub pena . C. Marcharum denariorum, pro quibus quidem firmiter observandis obligavit una pars alteri, et altera alteri omnia sua bona presentia, et futura .

Ex Protocollo Presbiteri Martini de Maniaco existente penes Admodum Rev.^{dum} D. Petrum Varianum .

Moneta

Nicolaus Dei gratia sante sedis Aquilegensis Patriarcha Dilecto Nobis Magistro Gabrieli aurifici de Civitate Austria salutem, et gratiam nostram.. Quia in officijs incisionis ferrorum, ac sagij monete nostre nove Aquilegensis alias in Utino cusse de mandato nostro te fideliter ac legaliter, et solicite habuisti, et speramus quod de bono in melius tua procedet devotio Domino concedente; Idcirco te in predictis officijs exercendis cum salario consueto tenore presentium usque ad nostrum beneplacitum confirmamus et ultra officia hujusmodi te custodem nostre Monete nove Aquilegensis cudende per Magistrum Zachetum q.m Bindi Scandaleonis de Luca cum sallario annuo XL. Ducatorum Auri per nos tibi solvendo usque ad dictum beneplacitum nostrum constituimus et facimus de tua fidelitate, et discretione plenam in Domino fiduciam obtinentes. In quorum omnium testimonium has litteras tibi concedimus nostri Sigilli impressione munitas. Datum Aquilegie in nostro Patriarchali Palatio die. VIIJ. mensis Februarij Anno Dominice nativitatis. MCCCLVJ. Indictione VIIJ.

Die XX. mensis Februarij presentibus Venerabilibus Viris Dnis Johanne de Carate, et Jacobo de Manno de Parma Canonicis Aquilegensibus, providis Viris Guilelmo Picosio Potestate Aquilegie, et Benevenuto de Flagonea civibus Aquilegensibus, Bellunisio de Bellonis de Utino; Misio q.m Hermani de Ramanzaco, et Josepho notario de Civitate Austria testibus, et alijs. Providus Vir Magister Gabriel aurifex de Civitate Austria per Reverendissimum in Christo Patrem et Dnum Dnum Nicolaum Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcham deputatus Saziator moneta nove Aquilegensis quam cudit in Aquilegia Magister Zachetus q.m Bindi Scandalionis de Luca in presentia dictorum testium et mei Notary infrascripti de Centum Marchis et tribus uncijs in pondere dicte monete nuper cusis per eundem Magistrum Zachetum extraxit more solito unum Marchum in pondere dicte Monete quo ponderato et postmodum numerato repertum fuit habere in numero Marcam unam cum dimidia, et frixachenses quinque, et postmodum inciso de quolibet Denario ipsius Marchi aliquantulo, ac de uno quarterio uncie argenti sic incisi de hujusmodi Denarijs et diligenter in igne facto more solito Sazio, et purificato reddidit de Argento fino grana Octuaginta tria minus uno quarto: Propter quod dictus Magister Gabriel Saziator nomine prefati Dni Patriarche Monetam dictorum centum Marchorum, et trium unciarum in pondere fabricatamper predictum Magistrum Zachetum approbavit, et suo juramento dixit, et pronuntiavit esse bonam, et illius lige, cuius esse debet

secundum

secundum pacta super hoc habita inter predictum Dnum Patriarcham, et Magistrum Zachetum antedictum, ac posse et debere expendi tanquam legalem, et bonam monetam. Actum Aquilegie in hospitio habitationis prefati Magistri Zacheti in quo moneta cuditur antedicta.

In Christi nomine Amen. Nos Nicolaus Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha notum fore volumus universis presentes litteras inspecturis, quod cum Nos fideli, et honesto viro Magistro Zacheto q.m Bindi Scandaleonis de Luca, cujus fidelitatem et probitatem experimento cognovimus, fabricationem et constructionem nostre monete Aquilegensis commiserimus, et ad ipsam cudendam eum in magistrum ejusdem nostre monete assumpserimus sicut constat Instrumentis publicis, et litteris nostris sigillis munitis. Nos advertentes quam fideliter et laudabiliter, atque sine omni fraude, et dolo idem magister Zachetus monetam nostram predictam a tempore sibi facte commissionis usque ad diem presentem juxta pacta inter nos et ipsum inita nil minuens sed potius addens de proprio fabricavit, et quod ipse de omnibus et singulis in quibus ratione dicte monete per eum fabricate et cuse tenebatur, ac de omnibus receptis per eum fidelem ~~[illegible]~~ puram justam et laudabilem nobis, et nostris officialibus nostro nomine reddidit rationem predicte monete fabricationem, et cusionem justam, rectam, et bonam approbamus, et protestamur in nullo penitus defecisse, et rationem, ac computum nobis, et nostris officialibus de omnibus, et singulis, in quibus nobis ut predicitur tenebatur juste, et fideliter, ac sufficienter fore factum nobisque de premissis satisfactum esse integre per dictum Magistrum Zachetum usque ad diem presentem tenore presentium profitemur: Ex quibus puritate et fideli constantia ipsius Magistri Zacheti considerata ejusque servitijs cum omni promptitudine per eum nobis impensis cognoscimus nos ad ejus promotiones et commoda ex debito obligari. Proinde ne per Nos, aut Successores nostros ipsi Magistro Zacheto et heredibus suis posset moveri occasione premissorum aliqua rimula questionis, Nos ex nunc nostro, et nostrorum Successorum nomine ac nostre Aquilegensis Ecclesie eundem magistrum Zachetum ejusque heredes a qualibet reddenda ratione ulterius de premissis, aut ipsorum aliquo in parte, vel toto liberamus, et reddimus totaliter absolutos, facientes nominibus, quibus supra ipsi Magistro Zacheto suo, et heredum suorum nomine recipienti de omnibus, et singulis que idem Magister Zachetus nobis occasione dicte monete, seu alia quavis de causa, colore vel modo tenebatur usque ad diem presentem perpetuo finem, ac plenam, et liberam remissionem

ac pactum

ac pactum de ulterius non petendo. Renunciantes exceptioni non audire juste et legitime rationis, ac non facte finis, reminionis, quietationis, et pacti de ulterius non petendo, ac omni legum, et juris auxilio tam Canonico quam Civili, omnique alij juri, exceptioni defensioni, et rei, quibus contra premissa, vel ipsorum aliquid posset modo aliquo contraivi; Ac etiam promittentes omnia, et singula in hujusmodi nostris litteris contenta habere perpetuo firma rata, et grata, et contra predicta vel ipsorum aliquid nullo unquam tempore per Nos vel alios dicere, facere, vel venire ratione aliqua, dolo, ingenio, sive causa de jure vel de facto, ad hec omnia bona nostra, et predicte Aquilegensis Ecclesie solemniter obligantes In quorum testimonium presentes nostras litteras fieri jussimus, et nostri sigilli appensione muniri. Datum Utini in nostro Patriarchali Palacio die V. mensis Novembris Anno Dominice nativitatis. M̊CCCLVj.° Indictione VIIIj.

M̊CCCLVj. Indictione VIIIj.

Die VIIIj. mensis Novembris. Presentibus Venerabilibus Viris dñis Ambrosio de Latuvre Hermacora de Murutio, Symone de Bavantijs Canonicis Aquileyensibus, Nobilibus, et discretis Viris Dñô Henrico de Strasoldo, et Rizardo ejus filio, Johanne Guilelmo Notario de Aquilegia Francisco q.^m Mori, et Tristano q.^m Johannini Guasconi de Aquilegia, Vani q.^m Francisci de Montelupo, et Petro de Petrasancta testibus, et alijs. Providus Vir Magister Gabriel aurifex de Civitate Austria per Reverendissimum in Christo Patrem, et Dnũm Dnũm Nicolaum Dei gratia sancte Sedis Aquileyensis Patriarcham deputatus Saziator monete nove Aquilegensis, quam cudit seu cudi facit in Aquilegia providus Vir Franciscus Bonaquisti de Florentia habitans in Venzono in presentia testium predictorum, ac mei Notarij infrascripti de (supple Marchis) Ducentis viginti septem et uncijs sex in pondere dicte Monete nuper cussis per dictum Franciscum extraxit more solito unum Marchum in pondere dicte monete quod ponderatum, et postmodum ponderatum fuit repertum habere in numero solidos viginti, et denarios decem prefate monete, et postea inciso de quolibet Denario ipsius Marchi aliquantulo, et de uno quarterio uncie argenti sic incisi de hujusmodi denarijs, et diligenter facto more solito in igne sazio, et purificato reddidit de argento fino grana lxxxj. propter quod dictus Magister Gabriel Saziator nomine prefati Dñi Patriarche Monetam dictorum. CC.XXVIJ. Marchorum, et

unciarum sex fabricatam per dictum Franciscum approbavit, et juramento dixit, et pronunciavit esse bonam, et illius lige, cujus esse debet, et debere expendi tamquam bonam, et legalem monetam. Actum Aquilegie in hospitio, in quo cuditur Moneta predicta.

Ex Protocollo Gumbertini de Novate Notarij et Cancellarij Patriarchalis, quod servatur in Tabulario P.P. Praedicatorum Civitatis Utini.

bye
re
do
tis or
ua
ue
no
uti
io
es
ce
a
e
de
use
for
ios

1357 Ano Natiuitatis Dni 1357, Ind. X. ione ma die, 27, mensis Aprilis Presentibus Nob. Viro
Dno Francisco milite de Sauorgnano, Prouidis Viris & Nicolusio Orbitti, Bilu=
=nissto, et Octobono fratribus, Falidesio de Andreottis, Ioane q. Ropretti
Nicolusio de Percoto, Franiscuto q. & Fabrieles, et Leonardutio dicto Cont fratribus
Nicolusio d. Cuzeta, et Stephano q. Francisci Pelipavij ambobus Not. Piluto Sartore,
Magistro Petro Spenditore, Hermano de Sedegliano Putono Sutore omnibus
Consiliarijs Terre Vtini Testibus, et alijs.

Congregatis in Consilio Vtini ad sonu Campane, ut moris est Terre Vtini Prouido
Viro Dno Francisco de Sauorgnano Capitaneo Terre Vtini, et Hominib. antedutis
de Consilio pro infrascriptis, et alijs utilibus, et necessarijs predicte Terre
Vtini, in quo Consilio constituto Leonardo Arcoloniano de Vtino Procura=
tore, et procuratorio nomine, ut dicebat Dne Vliane eius Nurus ex parte
una, in occasione quã habet, et Heredes olim Philipusij de Vtino; Et
Candido, et Odorlico Fratribus q. d.ti Philipusij ex altera occasione certe
quantitatis pecunie ipsius Dne Vliane, quã d.s Leonardus procuratorio
nomine eiusde Dne Vliane petebat Comuni Vtini, quã Procuratores Com=
=munis Vtini silicet Putonus anted. et Martinus de Laona ibidẽ presentes
asserebant fuisse habitã, et receptã per d. q. Philipusiũ Patrẽ dictorum
Candidi, et Odorlici, super qua causa cũ alias fuisset inter d. partes certa
arbitraria lata sententia scripta manu Stephani Not.i anted. Prefate
quidẽ partes ad requisitionẽ dictorũ Dominorũ Capitanei, et Consilia=
=riũ predictã sententiã, et in ea contenta libere, et expresse ratificauerunt,
et aprobauerunt; Contentantes nihilominus quod super alimentis de
quibus in d. sententia fit mentio, et non est tamẽ plenarie deliberatũ
quod d.ti Dnus Capitaneus, et Consiliũ declararet, et in omnibus definiret,
Que quidẽ omnia suprascripta predicte partes promiserunt hinc inde
solemnibus stipulationibus ~~[illegible]~~ interuenientibus firma habere,
et rata tenere, et in omnibus obseruare, et n contrauenire per se, uel per
aliũ ratione aliqua, dolo, ingenio siue causa sub pena dupli eius de quo
questio moueret minus quinq. solidorũ ueronensiũ paruorum
stipulatione premissa. Quã soluta uel non presens instrumentũ
in se plenũ obtineat robur; obligantes ad hec d.te partes omnia
eorũ bona presentia, et futura.

Ibidẽ

Ibide statim auditis iuribus, et alegationib. dictaru partiu per ipsu Dnu Capitaneu, et Homines de Consilio deffinitu, et deliberatu fuit per maiore parte Consilij quod si illa quantitas pecunię, qua soluere debent Heredes olim dicti Philipusij excedit suma centu marcharu, seu est ultra centu marchis, quod ipsi Heredes Philipusij soluere debeant ipsi Dnę Vlianę pro expensis in ratione octo pro centenario omni año. Et si essent centu marcę, uel non infra, in ratione dece pro centenario soluant quomodumq; peruenissent ad manus olim dicti Philipusij, uel eius Heredu pro dicta Dna Vliana, quam diffinitione pronuntiauerunt ipsi Dnus Capitaneus, et Consiliu presentibus dictis partibus. Actu Vtini super salla Domus Consilij comunis Vtini

(S.N.) Et ego Iacobus filius Magistri Belli de Vtino ~~Pbr~~ Imperiali autoritat Nob. publicus tunc temporis dicti comunis Vtini Not. ac Scriba pre=sentibus omnibus interfui, et rogatus scripsi &

Ex Tom XVI. Apograph. n°. 612. apud Liruti.

1357 3 Luglio

In Xp̄i nōie amen. Anno a nativitate ejusdem dn̄i Millo Trecentesimo septuagesimo nono Indictione secunda die nono mensis Maij. Incipit selarium, et terminus ipsius selarij Magistri Gabrielis rectoris scolarum acceptati ad selarium communis Vtini ad scolas, et alias scientias regendas in ipsa Terra Vtini, cui annuatim providetur per dictum Commune de selario de Marcis denariorum Aquilegensium monete Viginti, et de appensione domus sue domiciliaris habitationis cum scolis.

Marcarum denariorum xx^ti.

---

c.133.t°. Salarium Magistri Henrici Theotonici rectoris scolarum, et regentis scolas in Terra Vtini.

Millio ccc°. lxxxij. Indictione quinta Die vero quinto decimo mensis Octubris Ex solempni deliberatione consiliaria acceptatus fuit antedictus Magister Henricus rector scolarum ad salarium Communis cui deputatum fuit salarium sexdecim marcarum denariorum Aquilegensium monete pro anno singulo, et sic incipit dicta die terminus sui salarij.

@ 140. Salarium Magistri Odorici de Pulcinicho rectoris scolarum in Gramaticalibus in Terra Utini

Millio .iiij. octuagesimo quarto Indictione VII. Prima die Novembris. Ex solempni deliberatione consiliaria acceptatus fuit antedictus Magister Odorlicus de Pulcinico rector scolarum in gramaticalibus ad salarium Communis. Cui deputatum fuit salarium viginti Marcarum denariorum Aquileyen monete, et pro affictu domus Marcarum dnorum quinque, et sic dicta die incepit terminus

---

@.143.t.° Salarium Magistri Johannis de Spegnimbergo rectoris scolarum gramaticalium.

Millo CCClxxxxviij. Indictione sexta die quintodecimo Januarij Incepit servitium Magistri Johannis de Spignimbergo circa regimen scolarum gramaticalium in hac Terra per eum dante dño feliciter exercendum, ad idque assumptum ex solempni deliberatione totius Consilij per dños septem Deputatos cum his pactis, videlicet, quod debeat annuatim habere de salario a Communitate nostra Ducatos auri quadraginta, et nil aliud, et absque domo. Item quod de quolibet scolari Terrigena latinante habere debeat annuatim juxta antiquam consuetudinem in duobus terminis denar. XL. et non latinante denar. XXXij. Item de quolibet Forensi ducatum unum in anno, et data fuit sibi firma pro uno anno.

@ 143.t.° Salarium Magistri Marini rectoris scolarum gramaticalium.

Millo CCCC primo, et Indictione nona die duodecimo Aprilis Incepit servitium scientifici Viri Magistri Marini Rectoris scolarum gramaticalium sub his pactionibus. Videlicet, quod habere debet pro sui salario a Communitate

Ducatos

Ducatos boni auri, et justi ponderis octuaginta pro anno. Preterea debet habere pro singulo scolari terrigena latinante denarios quadraginta, et non latinante Frix. xxxij. Item a quolibet Forensi latinante vel non latinante ducatum auri unum pro anno singulo, et ulterius debet habere domum sumptibus nostre Communitatis cum hoc quod ipse habere debet continuo penes se unum sufficientem repetitorem, et habuit firmam solum pro uno anno.

Cassus die xij. Aprilis quia recessit ab hinc insalutato hospite M.ccccuij. Indictione. xj.

C.144. Salarium Magistri Iacobi de Sacili Rectoris scolarum gramaticalium.

Millo ccccuij. Indictione xj. die xv. Aprilis Assumptus fuit ad salarium nostre Communitatis Magister Iacobus de Sacilo pro xxxuij. ducatis in anno, et pro salario consueto tam a Terrigenis quam Forensibus recipiendo, et cum hoc quod Communitas teneatur sibi dare domum aptam. sub cameraria Antonij de Paona.

C.145.t. Salarium Magistri Benevenuti rectoris scolarum.

È stata omessa di scrivere la partita di questo Maestro Benvenuto, essendo sotto il sopraseritto Titolo restata vacua la Carta: è questo è l'ultimo frà li Maestri salariati registrati in questo libro.

M u
imv
Com
de
et
Vin
ilio
ns e
inde
even
frat
qim
alia
sum
cap
affi
fuit
Com
vita
Gra
con
Pag
lita
ab
gist
vin
vov
itur
mu
Sau
pote
visi
cave
bus
lens
dem
de
tide
mu
offe
nie
sibi
sequ
cum
conc
ra .
de V

M° iiij.c Lxxx. Indictione tertia die de-
cimo nono Octubris Utini in Cancellaria
Communis, presentibus Nicolao q. Roggerii
de Fagedis, Ugolino Jacobi Magistri Bulini
et Gregorio Aurifice q.m Nicolai a Scuppa de
Utino, et alijs pluribus Testibus. In pleno Con-
silio convocato ad sonum Campane, ut mo-
ris est, et congregato in dicto loco Coram
suprascripto q. Nicolao Vicecapitaneo in quo
erant ultra quam due partes ordinarie cele-
brato pro hijs et alijs que pertinent ad Re-
gimen Terre Laudabiliter expediendis. Quia
alias extitit etiam in pleno Consilio promis-
sum et deliberatum sicut Sidem Dni Vice-
capitaneus et Consiliarij confitebantur et
affirmaverunt asserentes unanimiter sic
fuisse, et esse rei veritas quod de pecunia
Communis Terre Utini in sussidium Ca-
ritativum subveniretur Fratri Gabrieli
Ordinis Predicatorum de Utino nato Minij
convicini Terre Utini studenti in sacra
Pagina, de quo habetur quasi spes indu-
bitata quod propter ejus virtutes sibi
ab Altissimo largitas perveniet ad Ma-
gistratum auxiliante ipsius Altissimi di-
vina Gratia de quinquaginta libris Par-
vorum sibi tradendis ad presens quia
iturus est ad studium Generale Bononiam
mutatum a Parisijs in ipsa Civitate per
Sanctiss.m Dnum nostrum Papam in quo
potest conventuari veluti poterat in Pa-
risino studio. Et ad presens in Commune
careret pecunia, ideo Magister Jaco-
bus aurifex q.m q. Zuyorij de Utino vo-
lens ipsi Communi complacere, et ei-
dem Fratri Gabrieli in totum subvenire
de dicta pecunia quinquaginta librarum
eidem Fratri Gabrieli nomine dicti Com-
munis ac pro eo tradidit, et assignavit
offerens se expectaturum ejusdem pecu-
nie restitutionem ab eodem Communi
sibi faciendam post annum immediate
sequentem postquam de ista guerra presenti
cum Venetis fuerit facta pax vel aliud
concordium quo cessaverit hujusmodi guer-
ra. Ergo providus Juvenis Valantinus
de Valantinis de Utino ibidem presens

Camerarius, et Camerario nomine dicti
Communis Urini cum Voluntate delibera-
tione, mandato, et jussu prædictorum Dñi
Vice=
=Capitanei, et Consilij promisit, et recitit
obligando omnia bona Communis Urini
eidem Magistro Iacobo restituere dictam
pecuniæ quantitatem illico post lapsum
annum sequentis pacis vel concordij:
incantis quævis ut supra dictum est.
&c: Cum omni meliorazione.

1374.

Maestri di scuola in Lubiana ed in Udine.

Da un Originale in Foglio che vi con=
serva nell'Archivio vecchio del Collegio de
Spp: SS:ri Notari di Udine estremo di Pergamena
inserisco al di fuori = <u>Quatenus</u> <u>litterarum</u>
<u>mei</u> <u>Petri</u> <u>not.</u> <u>de</u> <u>Locha</u> <u>de</u> <u>Regio</u>.

M.CCC.lxxiiij. Indictione xij.

Georgius de Toris de Papia Decanus Aquilegen. Reverendissimi in Xpo Patris et Dni Dni Marquardi dei gratia sancte sedis Aquilegen. Patriarche in spiritualibus Vicarius generalis Dilecto nobis <u>Johanni</u> q.m <u>Dietamari</u> <u>Milla</u> <u>Maguncine</u> <u>dio</u>cesis <u>rector</u> <u>scolarum</u> <u>in</u> <u>Laybacho</u> Aquilegen. diocesis salutem in Dno. Te ad Petitionem et instantiam Presbiteri Dominici canonici ecclesie sante Marie de Utino dicte Aquilegen. diocesis procuratoris, et procuratorio nomine Ven.lis Fratris Nicolai Abbatis Monasterij sante Marie in Obverburga Ordinis santi Benedicti prefate Aquilegen. diocesis presentium tenore requirimus et monemus tibi mandantes quatenus XViij die juridica ante tertiam quem terminum pro primo, secundo, et tertio peremptorio termino tibi assignamus Coram nobis Utini in loco nostro solite audientie comparere procures in causa appellationis per ipsum Abbatem ad prefatum Dnum nostrum Patriarcham interposite a quadam acceptatione per te facta de Plebe santi Georgij in Schalatheal prefate Aquilegen. Diocesis coram Nobis vertente processurus in eo statu in quo coram Nobis remansit. Alioquin in dicta causa procedetur prout de Jure procedi debebit tui contumacia non obstante. Datum Utini die mercurij Ultimo Maij.

Ao. M. cccclxxuij. Indicione xij.

Ex parte Ven.lis Viri Dni Crotoboni de Ceneta Decani Collegiate Ecclesie sancte Marie de Utino Aquilegen. Diocesis Reverendissimi in Xpo Patris, et Dni Dni Marquardi Dei gratia sancte Sedis Aquilegen. Patriarche in Spiritualibus Vicarij generalis Mandetur per . . . . nuncium spiritualis curie Ad petitionem et instantiam Magistri Gabrielis rectoris scolarum gramatice in Utino Presbitero Servodeo de Venetijs officianti in Mels Aquilegen. diocesis, quatenus sub penis excomunicationis eidem Magistro Gabrieli dare, solvere, et restituere debeat Unam marcham denarij, et Frix. xxxij. mutuatos eidem Presbitero Servodeo per ipsum Magistrum Gabrielem ut asseritur. Et si reputaverit se indebite fore gravatum, compareat die Lune proxime ventura ante terciam, coram ipso dno Vicario in loco sue solite audientie de suo gravamine ostensurus, et prefato Magistro Gabrieli super premissis in Iure responsurus, facturus, et recepturus quod fuerit rationis. Alioquin ad sententiam excomunicationis contra ipsum procedetur prout iustum fuerit eius contumacia non obstante. Datum Utini die Veneris . VJ . Octubris .

1376

Ludovicus Dei gratia Ungariae, Poloniae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galliciae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariaeque Rex, Princeps Salernitanus, et honoris Montis Sti Angeli Dnus. Notum facimus universis praesentes literas inspecturis. Quod tanto celebrius famae nostrae praeconium cultum [illegible] nostrae regalis sublimitas non desinit ampliare quanto [illegible] in [illegible] [illegible], et praecipue excellentissimum nostri [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] in quibus nostrae Christianissimae relionis [sic] [illegible] [illegible] amplioribus [illegible] favoribus confovere, et Regalibus munimentis communire. Sane ad sanctam Aquileiensem Ecclesiam multorum [illegible] patrum [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] laudabilem, cuius pastores, et incolle [sic] universi ad culminis [illegible] [illegible] cuiusdam innatae devotionis fidelem animum habuerunt, mentis nostrae serenitatis aciem dirigentes, modis, et conditionibus infrascriptis nostro filiorum, heredum, et successorum nostrorum in regno, et ipsius regni nostri nomine, una cum infrascriptis nostris et Regni nostri Praelatis, et Baronibus de eorumdemque consensu sine [illegible] ac voluntate, ac matura deliberatione, et certa scientia ad infrascripta omnia, et successores filios, et heredes, ac bona omnia, nec etiam ac nomine dicti Regni obligantibus cum eorum iuramentis, et sigillis infrascriptis denotatos. Recipimus ex nunc Reverendum in Xpo Patrem Dnum Marquardum Patriarcham Aquileiensem, et ipsius successores, et sanctam Ecclesiam Aquileien, Praelatos, Capitula, et Successores suos Patriarcharum Aquileien, Nobiles heredes, et successores suos et Communitates [illegible], Civitates, terras, castra, et Territorium dicti Patriarchatus, et dictorum Praelatorum, Capitulorum, nobilium, et Communitatum praedictorum, quas quae et quem ad praesens [illegible] [illegible], et in futurum acquirent, seu ad eos descenderit sub nostra filiorum heredum, et successorum nostrorum, nec non Regni nostri Praelatorum, et baronum ipsius protectione, et deffensione plena, et generaliter et ipsos, et Terras, Castra, et Civitates praedictas ac dominium praedictum promittimus quibus supra nominibus manutenere deffendere, et continuare contra et adversus quoscumque principes, Duces comites barones et Dnos et quascumque Communitates ad requisitionem ipsius Patriarchae et successorum suorum et maioris partis sui consilij parlamenti; et sede Patriarchali vacante ad requisitionem Venerabilis et Capituli Aquileien, et maioris partis consilij Parlamenti exceptis

quem contra Papam, et successores suos et Imperatorem eo[illegible]
et successores Imperii quantum pro facto ipsorum tant[illegible]
Ecclesiae Romanae, et Imperij. Insuper volumus, et determinamus quod
Magnificus Dnus Franciscus de Carraria Dnus Paduae quem ex nunc pro
nostro, et Regni nostri colligato declaramus obligetur se, heredes, et bona
sua nobis Filijsque, heredibus et successoribus nostris, et Regno nostro
Prelatis, et principalioribus Baronibus Regni nostri ad nostrum, heredum
nostrum, heredum, et successorum nostrorum, ac Regni nostri mandatum
facere guerram in Tarvisio, et in partibus circumstantibus apud terr-
itorium ipsius contra Inimicos dicti Patriarchae et successorum suorum
et Patriarchatus, et Ecclesiae Aquilegen. et patriae Fori Julij. Versaque
vice ipse Dnus Patriarcha pro se et Ecclesia Aquilegen. et Patriar-
chatu suo et successoribus suis Prelati, et Capitula dicti Patriarchatus
pro se et suis successoribus, et Nobiles Fori Julij pro se, et heredibus
et successoribus suis, et Communitates Patriarchatus predicti sub fide
ipsorum, et cum eorum iuramentis, et obligationibus bonorum suorum
prout ipsorum literis, et privilegijs Celsitudini nostrae porrectis, et
eorum communitatis sigillis super hijs confectis plenius inde patet
obligati et sunt de cetero cum Celsitudine nostra Filijs heredibus, et suc-
cessoribus nostris, et cum Regno nostro, et Baronibus dicti Regni, et heredi-
bus et successoribus eorum, et cum ipso Dno Paduae colligato nostro et
heredibus suis in quibuscumque bellis guerris Inimicitijs, et dissi-
dijs contra et adversus quoscumque principes, duces comites Mar-
chiones Barones et Dnos, et quascumque Communitates ad requisitionem
et mandatum nostrae Serenitatis filiorum heredum, et successorum nos-
trorum, et dicti Regni in patria Forijulij, et in territorio Patriarchatus
Aquilegen. et partibus circumstantibus apud dictam patriam Forijulij
et territorium dicti Patriarchatus faciendo, et exercendo contra Inimicos
de Civitatibus, locis, terris, castris, villis, et fortalicijs dicti Patriarchatus
excepto quam contra Papam, et successores ipsius, et Imperatorem,
et successores Imperii quantum est pro facto Ecclesiae Romanae, et Im-
perij tantum, et excepto quam contra Duces Austriae durantibus
treugis praesentibus inter ipsum Dnum Patriarcham, et predictos Duces
et contra solam personam Meynardi Comitis Goritiae, claudentque eis
passus, et stratas Forijulij, et territorij Patriarchatus ad petitionem, et
mandatum Celsitudinis nostrae filiorum heredum, et successorum nostrorum
tempore

tempore guerre contra quoscumque contra quos esset guerra. Quod eti=
am facile et facere promisit, et clausit nostra Serenitas versa vice, ac
etiam facient nostri Filij heredes, et successores, et Regnum nostrum
ad requisitionem dicti Patriarche et successorum suorum et sede vacante
ad requisitionem Vicedni Patriarchatus Aquilegen et ipsius Capituli et ad
servitutis nostre mandatum ac filiorum heredum et successorum nostrorum
ac Regni similiter faciant, et claudent stratas, et passus suos, et claude=
re tenebuntur dictus Dnus Ladislaus noster collegatus filij et heredes
sui. Vult insuper nostra Maiestas quod si contingeret durantibus pre=
sentibus conventionibus quod acquirerentur aliqua castra terre, ville, aut
Civitates per nos, filios, et heredes nostros, aut successores, et Regnum
nostrum, et partes predictas videlicet dictos Patriarcham, et successores
suos, prelatos, Nobiles heredes et successores suos, et comunitates Forijullij, et
dnum Ladisl. supradictum filios et heredes suos coniunctim vel divisim,
Et illa Castra, terre, ville, vel Civitates spectarent, vel pertinerent,
sive retroactis temporibus quovis modo pertinuissent ad patriarchatum
Aquilegen de iure, quod debeant esse dicti patriarchatus et remanere
dicto Patriarchatui. Si vero non spectarent nec pertinerent, seu retroac=
tis temporibus quovis modo pertinuissent ad Patriarchatum predictum de
iure, et acquirerentur coniunctim per partes dividantur secundum ...
mendationem nostram, heredum, filiorum, et successorum nostrorum, et dicti
Regni nostri. Si vero acquirerentur per aliquam partium, tunc sint et
esse debeant acquirentis, et quod capti et bona mobilia sint capientium,
non possint insuper dictus Dnus Patriarcha, et successores sui, in Patriar=
chatu et Prelati et successores eorum dicti Patriarchatus ac Nobiles here=
des et successores sui dicte patrie Forijullij, et comunitates ...
...debeant incipere novam Guerram nisi ad defensionem et offensionem
contra occupare volentes manu armata vel alio modo illicito, et indebite
aliqua contra terras, et civitates dicti Patriarchatus, que ad presens tenentur
et possidentur per dictos Patriarcham nobiles, et comunitates, et in futurum
quovis modo acquirentur per eos; ac etiam ad defensionem, et offensionem
contra invadere volentes manu armata vel modo ... iniusto et manifesto
territorium dicti Patriarchatus, et quod dictus Patriarcha et successores sui
in Patriarchatu et Prelati et successores eorum, nobiles heredes et succes=
sores eorum, et Comunitates dicti Patriarchatus non faciant nec possint facere

pacem, aut treugam, nec aliquam guerram, in qua guerra nostra Maiestas, filij et heredes, ac successores nostri ac Regnum debeant esse et fuerint cum eis
sine consensu expresso nostro filiorum heredum et successorum nostrorum Nos
insuper filij et heredes ac successores nostri, et Regnum nostrum possimus et
possint, et valeant facere pacem, aut treugas sine consensu et voluntate
dictorum Patriarche et successorum suorum, ~~et Communitatum predictarum~~ et
dictorum prelatorum, et successorum suorum, nobilium heredum, et successorum suorum, et Communitatum predictarum, dum nostra Serenitas, filij
heredes et successores nostri, et Regnum nostrum includant in pace et
treugis dictos Patriarcham et successores suos, prelatos et Capitula, et
successores suos, nobiles heredes et successores suos, et comunitates Patriarchatus, et Ecclesiam Aquilegen. et in eam predicto nostra Maiestas
filij heredes et successores nostri, et ipsum Regnum non possint facere
pacem, aut treugas sine consensu et voluntate predictorum, nisi restituantur in eo statu in quo erant tempore guerre inchoate. Et si acquirat
Dnus Patriarcha, et successores sui, prelati et successores sui, nobiles
heredes et successores sui, et comunitates predicte durante dicta guerra
acquisiverint aliquid, quod de iure spectaret et pertineret seu retroactis temporibus pertinuisset ad Patriarchatum Aquilegen. quod illud
acquisitum tempore guerre per pacem aut treugas fiendas per nos, filios
heredes et successores nostros et dictum Regnum non teneantur restituere.
Quas quidem conventiones, et omnia suprascripta vult et decernit
nostra Maiestas firmas esse ac etiam duraturas usque ad annos
sic — quinquaginta proxime futuros. Nos Dei gratia Johannes Strigoniensis, Stefanus Colocensis Archiepiscopi, Demetrius Zagabriensis
Ladislaus Vesprimiensis, Michael Agriensis, Varadiensis
Petrus Iauriensis, et Dominicus Boznensis Ecclesiarum Episcopi prelati supradicti Regni. Nicolaus de Gara Palatinus, Ladislaus Voyvoda
transsiluanus, Petrus Zudar Sclavonie, Johannes Trentul Zeburiensis, Johannes Machoviensis Bani, comes Iacobus Iudex Curie Regie,^ et
pincernarum, Paulus de Bisseno dapiferorum Michael Zudar Ianitorum
Regalium Magistri, Franko Comes Syromensis, Johannes Comes
Comes Zagurinus, et Demetrius Comes de Sancto Georgio Barones Regni Vngarie principaliores pro nobis successoribus heredibus, et filijs
nostris, et vice ac nomine totius dicti Regni Vngarie sub fide nostra

^ Georius B[illegible] Ianitorum Regalium, Georius Zudar Curie Regie, et

X et nobilium et successorum comunitatum singulorum

et cum

X et eorum successoribus Nobilibus Forojulij Filijs heredibus et successoribus eorum, nec non comunitatibus Patriarchatus Aquilegen, et ea

et cum obligationibus bonorum nostrorum, et dicti Regni. Iurando corporaliter ad Sancta Dey Euangelia promisimus et nos, et nostros successores, heredes et filios nostros, et dictum Regnum, et bona nostra et successorum nostrorum heredum, et filiorum, ac Regni predicti obligamus fideliter attendere, observare, et in omnibus adimplere protectionem, et omnes conventiones factas, et promissas superius per Gloriosissimum, et invictissimum Principem Dnum nostrum Dnum Lodouicum Dey gratia excellentissimum Vngarie Regem &c. Reuerendo in Xpo Patri Dno Marquardo Dey gratia Sancte Sedis Aquilegen Patriarche, et ipsius successoribus, prelatis, et capitulis Patriarchatus Aquilegen X et ea omnia [illegible] in istis protectione, et conventionibus per ipsum Dnum nostrum Regem approbata, et grata habere volumus, et inviolabiliter ~~[illegible]~~ observare iuxta prescriptarum litterarum dicti Dni nostri Regis continentiam, et tenorem, presentes et cum ipsius Dni nostri Regis, et nostras litteras Sigillo ipsius Dni Regis, ac nostris communitas damus in testimonium premissorum. Dat in Wisegrad die Vigesimo primo mensis Junij Anno Dni M° iij^c. LXXVj.

79

Da un Protocollo del Notaro Pietro de Locha esistente nell'Archivio vecchio del Collegio de SS.ri Notari, inscritto al di fuori = Quaternus Procuratoriorum.

In Christi nomine. Amen. Anno ejusdem nativitatis Millesimo Trecentesimo septuagesimo nono Indictione secunda die Jovis primo Septembris Utini Aquilegen. Diocesis in choro Ecclesie Sancti Francisci de dicta Terra. Utini, Presentibus sapientibus Viris dñis Raynaldo de Vicentia Jurisperito, Magistro Jacobo de Utino doctore medicine, Hectore q.m Muliite, Francisco q.m Thomasij, Nicolao q.m Magistri Gregorij, Nicolusio q.m Thomasini, Sirono q.m Palai Notarijs de Utino, Nicolao q.m Dñi Gabrielis, Fanto de Arcolonianis, Detalmo de Andriottis, et Thomasio Mathei de Florentia, et alijs pluribus testibus vocatis, et rogatis. Cum excellentissimus decretorum Doctor dñus Alexander de Florentia Utini diem suum clauserit extremum, et dicta die in Ecclesia Sancti Francisci corpus suum fuerit ecclesiastice traditum sepulture, pro parte Affinium dicti q.m dñi Alexandri dictum et protestatum fuit, quod prefatum corpus dicti dñi Alexandri deponebant penes Fratrem Bonfium dicti loci Guardianum, et alios Fratres dicti loci, dicentes et protestantes quod quotiescumque aliquis, vel aliqui de parentella sua ipsum corpus vellent ab hinc recipere, et Florentiam exportare, quod hoc facere possint et valeant sine contradictione dictorum Fratrum, vel aliorum tunc in dicto loco existentium, vel alterius cujuscumque persone. Qui Frater Bonfius Guardianus dixit, et respondit pro se et dictis Fratribus suis ibidem presentibus, et consentientibus dicte petitioni, promittentibus in manibus & Gaudioli Vicecapitanei Utini & quod quotiescumque ullo tempore ab ipsis vel alijs in dicto Monasterio Fratribus existentibus dictum corpus peteretur, petentibus dare, et libere dimittere, secum de dicto loco exportare, et facere quid eis placeret pro libito voluntatis.

Nell'antico Necrologio de Minori Conventuali d'Udine sotto il dì primo di Settembre.

Ob. Egregij Viri ac Serenissimi Doctoris incliti Dñi Dñi Alexandri de Marcellinis de Florentia. M.CCC.LXXVIIIJ

[illegible] nomine Amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo trecentesimo septuagesimo nono. Indictione secunda die Iovis 8.° decembris Urbini Aquil. Diocesis in [illegible] Ecclesie S. Francisci de dicta Terra Urbini Presentibus [illegible] viris dñis Raynaldo de Vicentia iuris perito, Magistro Iacobo de Urbino doctore medicine, [illegible] quondam Miulice, Francisco q.m Thomasij, Nicolao quondam Magistri Gregorij, Nicolussio quondam [illegible] sini, Sirono q.m Palai Notarijs de Urbino, Nicolao quondam Dñi Gabrielis, Sancto de Arcolonianis, Nerabono de Andriottis et Thomasio Mathei de Florentia, et alijs pluribus testibus vocatis et rogatis. Cum excellentissimus decretorum Doctor Dñus Alexander de Florentia Urbini diem suum clauserit extremum, et dicta die in Ecclesia Sancti Francisci corpus suum fuerit ecclesiastice traditum sepulture, pro parte affinium dicti q.m Dñi Alexandri dictum et protestatum fuit, quod prefatum corpus dicti Dñi Alexandri deponebant penes Fratrem Bonfio dicti Loci guardianum, et alios Fratres dicti loci, dicentes et protestantes, quod quotiescumque aliquis vel aliqui de parentela sua ipsum corpus vellent ab hinc recipere, et Florentiam exportare, quod hoc facere possint et valeant sine contradictione dictorum Fratrum vel aliorum tunc in dicto loco existentium, vel alterius cuiuscumque persone. Qui Frater Bonfius Guardianus [illegible] et [illegible] dit pro se et dictis Fratribus suis ibidem [illegible] [illegible] [illegible] promictentibus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tentibus [illegible] corpus [illegible], petentibus dare, et libere dimictere [illegible] [illegible] [illegible] exportare et facere quid [illegible] placuerit [illegible] [illegible] voluntati.

Da Un Protocollo di Pietro de Locha esistente [illegible] [illegible] [illegible] Inscritto [illegible] [illegible] Quaternus Protocollorum.

Nell' antico Necrologio de Minori Conventuali
d'Udine sotto il dì primo di Settembre

Egregij Viri ac Serenissimi Doctoris incliti Domi-
ni Domini Alexandri de Marzi civis de Florentia
MCCCCLXXIX.

1380

Quibuscunque Dnis supplicamus Nobiles deprecamur Amicos roga-
mus, et Vicinis nostris mandamus. Nos Azolinus de Lambertinis,
Capitaneus Consilium et Comune Utini cum promptitudinis
omnis boni ut et in similibus, et majoribus . . . . teneamur
nostris supplicationibus, deprecationibus, rogationibus, et mandatis
attentis atque respectu ut [illegible], et regularem Virum
Dnum Fratrem [illegible] qui noviter fundavit solempnes, et
Devotum Locum, et Hospitalarium Beati Joannis Jerosolo-
mitani, et intendit sua supellectilia, res, ac bona de Ronchis
prope . . . Utinum in Burgo Grazani ubi est fun-
datus dictus Locus conduci facere, et quotiescunque tres fami-
liares cum res, et bona ac conductores eorundem habere
velint placeat, et debeant merore recomendatum, et eis,
et suis ut digne providere in quantum requisiverint
aut expediens fuerit de auxilio consilio, et favore ut tuti et
secure transeat per quoscunque passus et stratas quando-
cunque conducent dictas res, etiamsi ad medium
mensem Augusti proxime futuri et ante, et quandocunque
infra dictum tempus contingerit supradictis.

Dat. Utini die sexto decimo mensis maij Ind: 3.a 1380.
et sigillato sigillo supradicti Communis Utini.

[illegible]

Nos Joannes de Colloreto et Leonardus de Andrionis de Utino Decretorum Doctores, et administratores bonorum Aquilegiensis Ecclesiae pro nos et successores nostros in officio cuius curam gerimus in praesenti ac vice, et nomine totius Praelati, Ligae, et unionis de Patria Fori Julij, Prudentes Viros Camerarium, Consilium, et Comunitatem Terrae Tulmetij ac Universitatem, et homines Contratae Carneae Colligatos nostros Carissimos. Tenore praesentium ortamur attente eis nihilominus stricte mandantes quatinus mag.co et strenuo militi Dno Federico de Savorgnano ac Prudenti Viro Simeoni de Squarris de Venzono Castellanibus Carneae nomine Aquilegiensis Ecclesiae et ipsius unionis et Ligae recipientibus vel ipsorum alteri Castrum Tulmetij, et Castri moscardi, quae habent ad ipsam Aquilegiensem Ecclesiam pertinentia Libere, et expedite studeant dare, tradere, et consignare. Eisque de fructibus redditibus mutis, Juribus, et Jurisdictionibus universis Castellaniae Carneae debeant pro Anno praesenti integraliter respondere. Promittentes ex nunc dominibus quibus supra tenore praesentium Comunitatis Tulmetij, et Universitati, et hominibus Carneae supradictis ipsos omnes et singulos tam de assignatione huiusmodi dictorum Castrorum Tulmetij, et Castri moscardi quam de responsione fructuum, redditum, mutarum Jurisdictionum, et Jurium praedictorum conservare indemnes

et penitus sine damno, ac relevare contra quoscunque Do:
minos, et Personas ab omnibus damnis, expensis, et interes:
sis, et quas occasione assignationis, et repositionis huiusmodi
ullo tempore substinuerint; et finito termino Federici, et
finiennit Castaldionum predictorum ipsa Castra nulli alij
publice comittere seu dare absque consensu, et voluntate
dicte Universitatis et Lige ac Comunitatis Tumetij, et Universita:
tis ac hominum Carnee predictorum. Harum sub mei
Leonardi de Andreottis impressione Sigilli Testimonio Litte:
rarum.

Datum Utini die 13° Februarij 1386. Ind.^{ne} 9na

Copia Litterarum Dominorum Ducum
de Bavaria.

Stephanus, Fredericus, et Joannes fratres Comites Palatini Rheni, ac Bavariae Duces, Federico de Savorgnano Capitaneo totique Comuni Utini Promptitudinem ..... cum salute. Discretam ac prudentem Litteram fidelis per vestram Spectabilitatem destinatam cum consideratione percepimus attente. Mittimus igitur ad vestram Circumspectionem Nicolaum Lucas Secretarium nostrum, et Stephanum de Cermono famulum nostrum Nuntios speciales intentionem nostram super Littera vestra vobis verbotenus explicaturos. Quapropter vestrae Spectabili Prudentiae supplicamus peramicus ipsis in dicendis velitis fidem credulam adhibere, nam ipsos de intento nostro informavimus pleniori.

Dat. Monaci die 29. mensis Augusti anno 138[illegible].

Circumspectis ac Honorabilibus Viris
Federico de Savorgnano Capitaneo
Consilio, totique Communi Utini
Amicis nostris Spectabilibus, et Carissimis

Copia Ambasiate facte Comunitati Utini, ex parte Illustrium Principum Dominorum Stephani, Federici, et Joannis Fratrum Ducum Bavarie, missę Venetias ultimo Februarij et Litterarum missarum Dominationi Venetorum continentium omnia acta et occursa cum Ambasiatoribus Dominorum Ducum dictorum

Serenissime et Inclite Domine. Quamquam singula Nobis hic apparentia Egregijs et Nobilibus viris precessor vestra Serenitate in hac Patria esse contingit plenissime, et seriose ceu nobis sint manifesta, nihilominus et quę in te ponderositatem haberent, videntur vestrę Dominationi semper indicavimus, et indubie curabimus indicare ne aliquo in errore circa hoc reperiri valeremus. Sane non longis elapsis diebus Nobis per suas Litteras intimavit Nobilis Stephanus de Cormons super infrascriptis ad vestre Dominationis conspectum se presentialiter dirigens quo ad Illmos Principes Dominos Duces Bavarie Dominos suos erat iturus et quod si eisdem Dominis gravamina demonstrare quę nobis per Dominum Paduanum inferrebantur Litteram nostram ipsis Dominis libenti animo presentaret offerens se nobis preter hec [illegible] quęrituram omne bonum quod sibi possibile foret pro Ecclesia Aquilegensi petere eisdem, cuius quidem Stephani Littera intellecta deliberavimus violentias, molestias, et per:

secutiones quas nobis dictus Dominus Raduanus inferebat per unam Litteram nostram cuius copiam Egregio Viro Dno Jacobo Erndenigo efficaciter assignavimus ipsis Dominis Ducibus demonstrare, qui quidem Stephanus presentata dicta littera quam vere nullum effectum gerere putavimus super ipsius tenore unam cum quodam alio Nobili vocato Nicolaus Segretario dictorum Dominorum Ducum, per eosdem ad nos subito exhibit recepimus talis Nobilis pro parte ipsorum Dominorum Ducum postquam Ambasiatam quam in presentia dicti Nobilium, et Egregiorum Virorum Dominorum Jacobi Erndenigo Ambasiatoris, et Dni Mauroceni hic vestre Celsitudinis Provisoris cum effectu studuimus intelligere pro ut ipsi veraciter [illegible] attestari. Et primo presentata nobis Littera credentiali pro parte dictorum Dominorum que similiter prefato Dno Jacobo exhibit consignata, una cum copia predicta per ipsum vestre Celsitudini presentanda exposuerunt post affectuosam salutem Ambasiatoris predicti qualiter dicti Domini Duces omnes tres, videlicet Stephanus, Federicus, et Joannes de dannis, violentijs, et gravaminibus illatis per Dominum Raduanum Ecclesie Aquilegiensi, et eius fidelibus plurimum condolebant offerentes se substantialiter loquendo velle servire cum Ducentis, vel trecentis, vel

quadrin=

quadringentis Lanceis, multiplicando usque ad mille Lan=
[illegible] Lanceas in hac Patria Taruisiana, Paduana,
vel Veronensi Dominio, et ubicunque fuerit opportunum
et hoc cum voluntate, et beneplacito Dominationis Vestrae,
et non aliter, et qualiter cum quis tractus unus dictorum
Dominorum Ducum Dominus Joannes Dux vult personaliter interesse,
et adhuc si expediens fuerit [illegible], et omnia tria et quod
ad tractandum, et ordinem dandum super huiusmodi ampla
oblatione de voluntate, et communi concordia dictorum
eius Dominus Dux Joannes predictus ad Locum suum
Friburgi per unam dietam ab hac terra distantem cum Con=
siliarijs ipsorum Dominorum [illegible] pleno mandato
personaliter accedebat, quem [illegible] ipsi Ambasciatores
[illegible] dictum Locum iter arripuit rogantes quod quamcitius
posset provideretur de mittendo Ambasciatores nostri Partis ad
ipsum Locum Friburgi [illegible] cum ipso Duce Joanne
ad hoc ut si de bono concluderetur quod ipse Dominus Joannes
sui cum gentibus posset accedere antequam alia adversa
temporis appareant suum iter impedientia. Addentes quod
ipsi Domini Duces dixerant hoc ex voluntate processisse
superna, eo quod longis temporibus citra non fuerant
in tanta tranquillitate, et quiete sicuti presentialiter
erant, et quod si nostram partem acceperint pro ut asserebant
numquam deficient donec ad obitum, et bonam con=

obsessionem eam viderint devenisse. Qua Ambaxiata sic

exposita [illegible] eidem respondimus quod salutem

debitis humilitate [illegible] dictis Dominis

[illegible] de eo quod de nostris adversitatibus

et [illegible] pie condolebant, adiungentes quod

[illegible] erat quod Domi:

[illegible] in sui [illegible] assumere nos

benigniter dignatus fuerat, et quod in hac nec alijs aliquid

agere [illegible] respondere intendebant, nisi cum sui Consilio

[illegible] et voluntate. Rogantes [illegible] ut ad molestum

hoc assumere non deberent, eo quod recepto consilio vestre

[illegible] Serenitati, iuxta illud eisdem subito respondimus,

qui Ambaxiatores [illegible] replicando responderunt quod hoc

[illegible] placebat, quod dicti [illegible] in hac parte nil

agere erant [illegible] bona concordia vestre Domi:

nationis [illegible] efficiebantur, quare Serenitati vestre

[illegible] benignissime defensatrici ducimus predicta

humiliter [illegible] eidem lacrimabiliter supplicantes ut

circa dictam Ambaxiatam dignetur de tali responso delibe:

rare, et providere quod sit amor et status felicis unionis

et huius Patrie Libertatio prout plenissime speramus eo

quod dictis Ambaxiatoribus illud responsum dare proposuimus

quod vestre Dominationi placuerit, et non aliud eandem

Dominationem devotissima Instantia exorantes quatinus

respon:

responsum dandum nobis in scriptis mittere dignetur pro
ut firmiter speramus. Et si deliberaverit quod cum pre=
fato Domino Duce Joanne conferretur et contraheretur
in dicto Loco Friburgi quod celeriter Ambaxiatorem, seu
Ambaxiatores suos eligere, et ad ipsum Locum destinare
dignetur ut pro abilitate temporis si feliciter fuerit conclu=
sum Tractatus citius possint venire cum per dictos Ambaxiatores
superius factum fuit pro parte dictorum Dominorum Ducum.
Nos enim pro ut vestre Excellentie clarius constat tantum
facultatem non sumus quod cum tantis Principibus, et
super tanto facto aliquid agere seu tractare per nos valea=
mus, et dato quod facultas prestarit, nil in predictis aggere
presumeremus nisi cum vestre Celsitudinis consilio pariter, et
consensu, et propterea vestre Serenitati tanquam nostro
dulci, gratioso, et salutifero Refugio penitus recurrendo humi=
liter, et reverenter predicta reliquimus expedienda pro ut
sue infinite prudentie visum fuerit, a qua solas in terris
quidquid Libertatis et bonorum nobis superverit semper in=
tendemus recognoscere, quam diu nobis conservari digne=
tur per infinita secula seculorum amen.

Die 20 Xbris 1387 Ind: Xma

In pleno Consilio ad sonum Campanæ more solito Congregato in quo quidem Consilio interfuerunt circumspecti Viri D. Antonius de Vicenzia Cap: &

Super propositis per Dnos Deputatos, quod nuper receperant litteras ab excelso, et Illmo D.D. Comite Virtutum continentes, quod quibusdam Ambasiatoribus, quos mittebat ad Serm Regem Romanorum, fierent litteræ salvi conductus, quod possent libere transire

Concessio salvi conductus

Deliberatum fuit, quod prædictis Ambasiatoribus ob reverentiam tanti Dni fiat generalis salvus conductus, et eisdem omnes honores impendere, et alia, quæ honori eorum conveniant, ut in reversione eorum præd: Dno Comiti eorundem ex parte Comunitatis relationem bonam facere possint

Deliberationem suprascriptam ex alio authentico aliena manu scripta tamen extractam subsc. et sig.
Jo: Bottana Canc. Mcæ Comunitatis Utini

L. S.

Ex Proces. B ad pag: 7 existente in Cancellaria Magcæ Civitatis Utini mediante aliena manu exempl. ejusdem Canc. Alex: Brunelleschi, ideo subs. et sig. in fidem

Utini die 15 Jan. 1739

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filijs Capitaneo septem Deputatis Consilio et Comuni Terre Utini Aquilejensis Diecesis, Salutem et Apostolicam benedictionem. Cum Nos dilecto Filio Nostro Petro Sanctorum Cosme et Damiani Diacono Cardinali de Sancto Angelo vulgariter nuncupato pro supportandis oneribus expensarum quas ipsum oportet de necessitate subire, monasterium Sancti Coli de modio Ordinis Sancti Benedicti Aquilejensis Diecesis, ex eo tunc vacans, quod nos Thomasium olim Abbatem dicti monasterij licet absentem suis culpis, et demeritis exigentibus omni regimine, et administratione bonorum dicti monasterij Auctoritate Apostolica privavimus et amovimus ab eisdem cum omnibus iuribus et pertinentijs suis dederimus in Comendam, regimen et administrationem ipsius Monasterij plenam, et liberam eidem Cardinali in spiritualibus et temporalibus comittendo. Nos cupientes, ut ipse Cardinalis possessionem dicti monasterij libere assequatur ac attendentes industria quod devotio, et universitas vestra in his et alijs eidem esse potest plurimum fructuosa eadem devotionem, et Universitatem vestram per presentes affectuose ducimus requirendam, quatenus ob nostram, et Sedis Apostolice reverentiam partes vestras favorabiliter interponere et efficaciter operare velitis, ut possessio dicti monasterij eidem Cardinali, vel Procuratori suo ad hoc legitime constituto sine aliqua controversia libere assignetur.

Datum Tibis VI Idus Octobris Pontificatus nostri Anno primo

Simon de Prato

Tergo

Dilectis Filijs Capitaneo, septem Deputatis, Consilio, et Comuni Terre Utini Aquilejensis Diecesis. &c.

Vo

Urbanus Episcopus servus servorum Dei Dilecti filij Capitaneo, Consilio, et Communi Terre Utini Aquileiens. Diecesis salutem, et Aplica benedictionem. Ad pacificum et tranquillum statum Ecclesie Aquileiens. totiusque Patrie Fori Iulij, nostre Mentis aciem dirigentes, Dilectum Filium Bertoldum de Lanazola, canonicum Aquileiensem Secretarium, et familiarem nostrum harum latorem ad partes illas presentialiter destinamus. Ideoque devotionem vestram rogamus attente quatenus eidem Bertoldo in his, que tantum huiusmodi concernunt nos favorabiles reddatis, sibique credulam fidem detis.

Dat: Rome apud S. Petrum ii. Kalendas Februarias Pontificatus nostri Anno quinto.

B. de Civitate.

(A tergo) Dilecti Filij Capitaneo, Consilio, et Communi Terre Utini Aquileiens. Diecesis.

1407. 7. Junij

Spectabiles, et Egregij Amici Cariss.mi debet habere Nobilis Domina Flordelisia Uxor q.m Marini de Finetis dilecta consortia inclite, et Magne Domine Matris mee Domine Anne de Vice Comitibus Consortis recolende memorie q.m Magnifici, et Excelsi D.D. Genitoris mei a Conrado Aida cive vestro ducatos quinquaginta mutuatos eidem per antedictum Marinum

Propterea vestras spectabiles Amicitias afectuose rogo, quatenus dictam Dominam Flordelisiam suscipientes mee contemplationis intuitu proprie recomissam providere velitis, quod de dictis Ducatis quinquaginta a dicto Conrado solutionem debitam consequatur, sicuti de vobis plene spero offerens me ad similia, et maiora quodque pro vobis de ipsis enim denarijs dicta Domina Flordelisia responderi contenta est D. Blasio de lisono aut majoro de Mantoua Procuratoribus antedicti q.m Marini f.

Dat. Mantue die 7 Junij 1407.

Joannes Fran.cus de Gonzaga Mantue

A Tergo) Spectabilibus, et egregij Amicis carissimis Dnis Septem Dep.tis, ac Consulibus, et Communi Civitatis Utini.

1381 Copia litere Regie Majestatis Ungarie misse magnifico et potenti ~~Dño~~ Dño: Francisco de Carraria Padue

Amice Carissime ex quo Dominus Summus Pontifex Revmo in Cristo Patri Dño Philippo de Alenconio Sancte Romane Ecclesie Cardinali Consanguineo nostro Carissimo de Patriarchatu Ecclesie Aquilejensis duxit providendum in Comenda, et ideo Ecclesie Dnus Cardinalis sub eadem lige Confederatione, qua fel. rec. Dnus Marquardus Patriarcha stetit nobiscum per durare assumit. Ideo eundem Dominum Cardinalem ~~sive~~ nunc Patriarcham vestre Amicitie sincere raccomandamus attente vestram ipsam amicitiam requirentes, quatenus ipsum Dominum Cardinalem, seu Patriarcham amore nostri recomissum suscipientes sibi in singulis, et eiusdem Patriarchatus agendis et requisitionibus favorabilem, et benignam ex liberali voluntate sinceram nobis in eo amicitiam ostendentes.

Dat. . . . . XV die mensis octobris

[illegible]

[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

1381

Egregij Amici Carissimi. A Serenissima Regia Hungarie Maiestate litteras recepi, quarum copiam vestre Amicitie mitto presentibus interclusam. Ego autem considerata dicte littere continentia, et effectu, et volens ea omnia facere, que urbem Regiam sapiant, et honorem respiciant, seu his qui tamquam mei ipsius libenti animo, et sincero Cordis affectu viderem Patrie illius quietem, et tranquillum statum et Civium vestrorum, et omnium Compatriotarum bonum quodlibet, et perfectum, et qui singulari benevolentia qua afficior hic et inde affectarem vos fore Domino Cardinali conformes, et ipsum reciproce, Rursus ubi vestre Prudentie videatur, me per solemnes Ambaxiatores operator et ingerer in tractando, ut hic omni rancore deposito, inter dictum Dominum Cardinalem, et vos bonum Concordium, et sincere pacis tranquillitas Deo auspice subsequatur, super quibus michi respondere velitis. Ipsi namque Domino Cardinali scribo sic, et in effectu.

Dat: Padue die 19 Novembris

Franciscus de Carraria Padue ~

A Tergo) Egregiis, et Prudentibus Viris Dnis Rectoribus Universitati, et Hominibus Civitatis Utini Amicis Carissimis &.

...in l. 6. Pietro
...ano C. 169.

1381 8 Agosto

Processus pacis alias initæ de anno M.CCCLXXXI.
in qua interuenerunt Rex Vngariæ, Dominium
Venetiarum, Januenses, Jadratini, Dominus Paduæ,
Patria foriJulij, siue ipsarum partium Scindici, et
Procuratores.

IN Nomine Sanctæ, et Indiuiduæ Trinitatis Patris, et filij, et Spiritus Sancti, et gloriosæ Vir...
Mariæ, ac totius Curiæ supernorum Sanctorum. amen. Anno Dominicæ Natiuitatis Millesimo
Tricentesimo octuagesimo primo, Indictione quarta. die Jouis octauo mensis Au... circa
horam Vesperorum; in Ciuitate Taurini prouintia pedemontium, in Castro, ... Ill.mus et
Magnificus Princeps, et D. Dominus Amadeus comes, Sabaudiæ Princeps, comes Cablaisij, et Augustæ,
... Marchio Italiæ suam residentiam faciebat, et aula magna dicti Castri, præsentibus Reverendis in
Xpo Patribus. D. Joanne Episcopo Caurinen., Philippo Epo Trasellano, Guidone Abbate
Sancti Michaelis Clusini: Illustribus viris Amadeo de Sabaudia Dno Breissiæ, et Vallisbonæ,
Inclito genito Dni Comitis memorati, Amadeo de Sabaudia Principe Achayæ; Ludouico de
Sabaudia ipsius Dni Principis germano, præsentibus et honorabilibus, et egregijs viris Dno
Donato de Albigerijs legum Doctore; Joanne Cambij, et Marco beneuenuti Oratoribus, et
Ambasciatoribus comunis Anchonæ: viris egregijs, et potentibus Dnis Ybleto de Cattar
Dno montisfalti, Amadeo Dno Vrterriacæ, Girardo de stres Cancellario Sabaudiæ, Gasparo
de monte maiori Dno Villarij Salletti: Stephano de Balma. Aimone Bonniuardi: Bar-
tholomeo de Cigrimo: Philippo Dno Colegij: Girardo de Nouocastro: Ricardo Musardi:
Joannardo Prouana militibus; Florino de floran: Sudrono de medijs barbis: Thomino
Borghesij; Romeo Canalis: Millone Gruati legum doctoribus: Joanne Dno Miolani: Bernardo
nato Dni, et Comitis Vallis Langini: Bartholomeo; et Vgetto Condominis S. Georgij ex
Comitibus Blandratæ; Victo, et Bertito condominis Ayladij ex Comitibus Sancti Martini:
Georgio Condno Terræ Rasetti: Aymone de Alentone: Petramando Rauayssij: Guitto
de Saraualli; Sobaco Reuoyriæ; Cavalino de Cauallis: Joannino Prouana condomino
Durueriti, et Petro Viani de Consleco; et præsentibus Magro Antº Marcellini ord. minorum
sacræ paginæ magro Oratore, et Ambasciatore Comunis Anconæ, et pluribus alijs testibus
ad ipsum uocatis, et specialiter rogatis etc. Ab initio nascentis mundi prouida, et Inet-
fabilis Dei Sapientia; cui, consilia non cedat aliena, rectum plasmauit hominem ad ipsius declaram
effigiem, cæteris animantibus prærogatiua pollentem conferens videlicet cognitionem et scientiam boni et
mali, ut iussibus Dominicis proprium dedicaret propositum, et ad illicita suum animus in posterum
non laxaret, ut sic genus nobile suos motus refrenaret in sobrijs, et alter alterum non
læderet indifinite. Ad idem Misericors, et miserator Dns de summis celorum sedibus ad ...
inferiora descendens, per effusionem proprij sanguinis pacem uitio parentum primitiuo ...
infectam Rex pacificus misericorditer reformauit in terris; ...
quorum prima stabilitate pensauerat, quam dissuasit ab eis pace facta munifica largitor.

Quum dixit. Pax vobis; quia est aliud nisi pacem hymnus dicit Angelicus, et Tertius Agnus Dei venientis
cresentis annuus, prfidia in q natum genus iniquitatis venena transfundens ipsius diris conatibus portus
salutis ... interdicto à semitis tranquillitatis, et fidei repellere. Nequam non desinit insistere,
non permittens illos quiescere, qui solent esse voluntatum unanimes, solo momento firma stabilitate
conformes; Quum igitur insurgente vario guerrarum discrimine inter partes inferius notatas, quod in
processu temporis malignorum impetibus in tantum invaluerat inter ipsas partes, hinc caedes, vulnera,
raptus, incendia et alia multifaria nephanda crimina sunt commissa; pluribusque ab origine propria
factis exulibus, alijs carceris vinculorum angustijs interemptis, multis viduatis uxoribus, et parvulis
eorum solatio destitutis. quot nobiles et potentes Galearum impetibus submersis navibus perierunt.
Infinitis virginibus Claustro virginitatis corruptis; quibus villis, castris, et locis flumarum fundijs
exustis; varijs hominibus membratim decisis, et alijs abhorrendis criminibus, quos narrare non licet,
in multitudine glomerosa commissis. adeoque prae effusione sanguinis pugnatorum, equorum facta sunt
multis aequora undis crudantibus (proh dolor) rubicunda: turbatur siquidem exinde Christianorum
sincera devotio; corrumpitur Monarchia, et detestatur plurimum tota machina mundialis;
laetantur quinimo perfidi inimici Ortodoxorum emuli viribus reassumptis; erriguntur nihilominus
prava superbia caeterae barbarae nationis. Quod attendens, et considerans praefatus Illustris et
Magnificus Princeps, et D. Dnus Amadeus Comes Sabaudiae etc. tanquam verus pacis Promoter,
et sincerae Christianitatis Athleta in archivo suae considerationis solita meditatione revolvens
bona singula, quae fructu pacis eveniunt, proventura, quod bonum sit, et quam iocundum habitare fratres in unum
pax humanis laudibus attollendum. Desiderans idem ipse Princeps Christianissimus, tanquam Zelator
foederis, et solicitus Innovatrix furias partium mulcere, iras compescere, et rancores expellere
à cordibus earumdem, carceres aperire, et carceratorum dissolutis vinculis querere liberationem petitam,
Itaque omni rancoris expulsa caligine, quod bellorum calamitas introduxit, hoc pacis lenitas supplet
hinc est, quod ad fidelem tractatum procurationem promotionem, et deliberationem foelicem eiusdem
Celarissimi, et Christianissimi Principis, et Dni, Dni Amadei Sabaudiae Comitis memorati ipsis
partibus de remotis regionibus ad ipsius Dni Comitis praesentiam non sine varijs laboribus, et
expensis ... circa convocatis, visis etiam, et studio frequenti matura deliberatione pensatis, ac examinatis proinde petitionibus, demandis, et singulis questionibus, et querelis, ac etiam responsionibus
factis subtiliter hincinde. Ipsae partes videlicet Reverendi in Xpo Patres, et Dni D. Valentinus quinque Ecclesiarum
Decretorum Doctor, et Dnus Paulus Zagabriensis Epi procuratores, Actores, Nuncij, et Legati Serenissimi
et Invictissimi Principis, et D.D. Ludovici Dei gratia Vngariae, Poloniae, Dalmatiae, Croatiae
Ramae, Serviae, Galatiae, Lodomeriae, Bulgariae, Comaniaeque Regis, Principis Salernitani, et honoris
montis S. Angeli Dni, procuratorio, et actoris noie praefati Dni Regis, habentes ad infrascripta plenum
et sufficiens mandatum, prout constat publicis litteris Regijs magno Sigillo Maiestatis regiae sigillatis
cum pendenti, datis Budae in palacio Regali decimatertia februarij M.CCCLXXXI. quorum tenor inferius est insertus; Cum quibus Dnis Procuratoribus Regijs fuit praesens Egregius D. Joannes
Dominicus de Postach miles aulae Regiae, qui cum dictis Dnis Ambasiatoribus fuerat ad ea (sicut
asseruerunt) per Regiam Maiestatem transmissus, et cum eis fuerunt etiam praesentes egregij viri Paulus de

Georgijs

Georgijs miles, et Jacobus de Raduchis legum Doctor, communis Jadrie Ambasciatores, ut asserebant, ex
parte una; et honorabiles et egregij viri D. Leonardus de Montealto legum Doctor, Franciscus
Embriacus, Neapoleonus Lomelinus, et Matheus Maruffus cives Janue Sindici, actores, procuratores,
Ambasciatores, et Nuncij Speciales Ill.is et Mag.ci Dni D. Nicolai de Guarcho Dei gratia Januensium
Ducis, et populi defensoris, et eius consilij, et communis Janue nomine et vice predictorum Ill.is et Mag.ci
Dni Ducis, Consilij, et Communis, habentes ad infrascripta plenum et sufficiens mandatum, ut patet ex instrumento
scripto manu Baldasaris Nicolai de Pinelo imperiali auctoritate notarij, et predictorum Ill.is D. Ducis, eius
consilij, et Communis Janue Cancellarij sub anno dominice nativitatis M.CCCLXXXI. indictione tertia
secundum cursum Janue die IX. maij hora paulo ante tertias, cuius tenor inferius est insertus
ex una alia parte; Et egregij viri Dni Thadeus de Azoguidis miles bononiensis, Antonius
de Zecchis de Montecalerio, et Jacobus Turchettus legum doctores, actores et Procuratores,
Ambasciatores, et nuntij speciales Mag.ci, et Excelsi D. D. Francisci de Carrarijs D. Padue etc.
Imperialis Vicarij generalis filij q. recolende memorie Mag.ci Dni Jacobi de Carrarijs olim Dni
Padue, et Mag.ci Dni Francisci Junioris nati ipsius Dni Francisci de Carraria nomine et vice
ipsorum, et cuiuslibet eorum et idem D. Jac.s Turchettus Sindicus, actor, et procurator communis,
et universitatis Padue, nomine et vice dicti communis habentes ad infrascripta plena, et sufficientia mandata
prout apparet tenore duorum publicorum instrumentorum, unius videlicet predictorum Dominorum patris et filij scripti manu
Bandini filij Angeli notarij de Bondino de Dracis civis Padue imperiali auctoritate notarij ipsius Mag.ci Dni
Padue Scribe sub anno nativitatis Dni M.CCCLXXXI. indictione quarta die Jovis XVIIJ. mensis
Aprilis; et alterius Communis Padue scripti manu Joannis de Basanello filij q. Rorandi civis
Padue imperiali auctoritate notarij sub anno nativitatis Dni M.CCCLXXXI. indictione quarta, die sabbati vigesimo
mensis Aprilis, quorum tenores inferioris sunt descripti, dictis nominibus ex una alia parte. Et
Venerabilis, egregius, et circumspectus Vir Dnus Georgius de Tortis de Papia iuris utriusque peritus
Decanus Ecclesie Aquilegiensis, Federicus de Savorgnano miles, et Nicolaus Zerbini de Utino Sindici
Actores, Procuratores, Ambasciatores et nuntij Speciales; egregij et sp.lis viri D. Federici comitis de
Portilijs, Aquilegiensis, sede vacante Vicedni Generalis Patrie forijulij, ac dominorum Consilij, Parlamenti,
Prelatorum, Nobilium, Communitatum, et capitulorum ipsius Patrie, nomine et vice predictorum habentes ad
infrascripta plena, et sufficientia mandata, ut apparet ex forma duorum publicorum instrumentorum, unius scripti
manu Anthonij q. nunc olim q. Guarnerini de Sorimbergo publici imperiali auctoritate notarij, et iudicis ordinarij
et Patriarchalis curie Spiritualis, Aquilegiensis officialis, et scribe sub anno Dominice nativitatis
M.CCCLXXXI. indictione quarta die nona mensis Aprilis, et alterius manu Joannis q. Lancellotti de
Cucharnea Aquilegiensis Diocesis clerici Imperiali auctoritate notarij, et notarij Aquilegiensis Capituli sub anno Nativitatis
Dni M.CCCLXXXI. indictione quarta die XI. mensis Januarij sigillo dicti Aquilegiensis Capituli Sigillati pendenti, quorum tenores inferius sunt inserti. Et honorabiles, et egregij viri Dni Zacharias Contarenus,
Joannes Gradenico, et Michael Mauroceno procuratores Ecclesie S. Marci cives Venetiarum, indicti Procuratores
actores, Ambasciatores, et nuntij Speciales Ill.is et Mag.ci D. Dni Andree Contareno Dei gratia Ducis Venetiarum,
etc. et Consiliorum eius, et Communis Venetiarum, nomine et vice predictorum Ill.is et Mag.ci D. Ducis consiliorum,

Georgio Torta Pitanie Dec. in Aquileia, Nob. Udinese. Savorgnano.

La Pline

et Comunis Venetiarum, habentes ad infrascripta plenum, et sufficiens mandatum ut habetur publico instrumento scripto manu Leonardo de Anzelliis de Venetijs sub anno MCCCLXXXI. indictione quarta. die XV. mensis Aprilis, cuius tenor inferius est insertus, dictis nominibus ex una altera parte. Ad infrascriptam pacem, Transactionem, Compositionem, Conventiones, et pacta solempnibus stipulationibus hinc inde mutuo, et vicissim intervenientibus concordes in Dno, perpetuo duraturas pervenerunt et pervenisse dictis nominibus quolibet dictorum nomine singula singulis referendo confitentur in forma infrascripta.

In primis namque prefati Rdi in xpo fratres Dni Quinqueecclesiarum et Zagabriensis Episcopi, cum quibus etiam erat dns Ioannes dns de Poslok nominibus quibus supra ex una, et prefati Dni Zaccarias Contareno, Joannes Gradenico, et Michael Mauroceno nominibus quibus supra ex altera sibi mutuo, et vicissim remiserunt omnes iniurias, rancores, odia, offensiones, incendia, homicidia, furta, rapinas, cedes, predas, et alias quascumque, et cuiuscumque generis offensiones, et damna realia et personalia, illatas, et illata per unam ipsarum partium contra aliam, seu alteram contra reliquam, seu terras, universitates, gentes, subditos, seu singulares personas adherentes, valitores, et sequaces ipsarum partium, et cuiuslibet earum, seu ipsarum eas, per eas, vel contra eas toto tempore preterito.

amu
onsis
pacem,
, vt
nibus

cum
arias
vt
rta,
rna
itra
s,
itra

1381.

Maestro di scuola.

Da un Protocollo in 8°. Not. Cristoforo Misulini. Si conserva appresso di me

M°. CCC. lxxxj°. Indictione Quarta

Die Quintodecimo mensis Augusti Utini actum in Foro veteri sub portici domus habitationis infrascripti Nicolussij Lupoldi presentibus prudente, et providis viris Magistro Bartholomeo de Faganea scolarum rectore nunc Utini habitante, Francisco Draperio Utini habitante q.m & Cantini de Cavalcantibus de Florentia, Spagnolo sartore q.m & Zuyorij, qui fuit de Villalta, Leonardo sartore q.m Petri Sabedoni de dicto loco Utini habitantibus, et Iohanne filio Venuti, qui fuit de Casyellis in burgo de Porcolle Utini in via de Viola habitante testibus ad hec vocatis, et rogatis, et aliis pluribus. Cum per honestam dnam Catharinam relictam olim Vinturelli spadarij de Utino legatum esset dne Diemotte Uxori Dominici Trunchi de Burgo Grezani.

Il rimanente è stato omesso dal Notaro.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

3

Augusta. n:

?ov

ni

hij

hij

vao

ri

nha

vas

vię

1381 8 Agosto

In Xi nomine Amen M° iij.c LXXXj° Die Jouis octauo Augusti
Pacta Pacis, que fuerunt facta in Taurino inter Comunitatem
Aquilegen, et Dominium Venetorum.

Infrascripti Sindici actores et Procuratores [illegible] Comunitatis
Egregij et Ven.li Viri Dni Federici de Porciliys Comitis Dni ugeni
acante Vice dni Patrie Forijulij, ac Dnorum Deputatorum ad id,
men [...] et uice ipsius Dni Vicedni, ac Dnorum Consilij Venerabilium
Prelatorum, Nobilium, et Comunitatum ipsius Patrie Forijulij ex una parte.
et Infrascripti Sindici, actores, Procuratores Ambaxiatores et Nuncij speciales
prefatorum Illustris Dni Ducis, Consiliorum, et Comunis, Venetiarum nomine et uice magnifici Dni Ducis Consiliorum, et Comunis ex altera, tam
pro se Ciuitatibus, terris, locis, subditis fidelibus adherentibus, Va-
loribus sequacibus ipsarum Partium, et cuiuslibet earum firmauerunt et contraxerunt sibi inuicem mutuo uicissim et inter se
bonam et ueram pacem diriguere Dno perpetuo duraturam.

I. Et primo sibi inuicem mutuo, et uicissim remiserunt, et remittunt omnia odia Rancores, Iniurias, offensas cedes, uulnera, captiones, Raptus, Rapinas, incendia, et alia quecumque damna tam realia, quam personalia quomodocumque, et qualitercumque per dictas partes, uel aliquos subditos ipsarum partium, uel alterius earum, seu aliquas gentes, uel singulares personas ipsarum uel alterius earum, seu adherentes complices ualitores, et sequaces alterius partis quomodocumque, et qualitercumque illata, seu data facta fuissent, et omnes penas, et interesse in quibus per presentem guerram, uel aliquam hinc retro factam, uel comissam fuisset incursum, Facientes sibi inuicem, et uicissim dicte partes dictis nominibus, de predictis omnibus, et singulis finem, quietationem, Remissionem, et omnimodam liberationem, et pactum de ulterius non petendo; Necnon de predictis omnibus et singulis per acceptilationem, et Aquilianam stipulationem uerbis solemnibus, et legitimis interpositas plenarie se se inuicem liberando sibi mutuo, et uicissim promittentes bonam, et ueram pacem predictis non obstantibus perpetuo obseruare. Et quod occasionibus supradictis nec aliqua earum nulla imperpetuum lis, molestia, controuersia, uel requisitio fiet uel mouebitur per unam partem contra aliam, contra dictam uel per singulares personas unius partis contra aliam, uel contra singulares alterius partis, adherentes, ualitores, complices, uel sequaces ipsarum partium, uel alterius earum, in Iudicio uel extra tam de Iure quam de facto.

II. Item fuit actum inter dictas partes nominibus antedictis, quod omnes Captivi, Carcerati, et detenti partium predictarum, et cuiuslibet earum, atque subditorum dictarum partium ubicumque sint et penes quemcumque capti vel detenti fuerint, et quicumque sint sive capti sint per ipsas partes, vel gentes ipsarum, vel per singulares personas seu stipendiarios ipsarum partium, et cuiuslibet earum, sive etiam fuerint detenti in virtute et potestate ipsarum partium, vel quarumcumque singularium personarum cuiuscumque conditionis, et gradus sint liberi, et sine aliqua redemptione, exactione, vel impedimento quocumque reali, vel personali relaxentur, liberentur, expediantur, ac restituantur pristine libertati.

III. Item fuit actum inter partes predictas nominibus antedictis, quod omnes Civitates, Castra, terre, et loca, que tempore Incoationis presentis guerre tenebantur seu possidebantur per aliquam ipsarum partium, vel ipsarum partium subditos, vel adherentes, que in presenti guerra per aliquam ipsarum partium subditos, vel adherentes ipsarum capta, vel capte occupata vel occupate tenerentur, Relaxentur, et expediantur per ea occupantem, vel tenentem in eo statu in quo hodie sunt Exceptis munitionibus mobilibus, quas ipse partes, vel aliqua ipsarum conduxerunt in dictis locis, vel aliquo eorum, quas libere exportari facere possint taliter quod illa pars, vel persone que dicta loca Castra, vel terras tenebant tempore dicte incoate guerre ipsa possint intrare tenere et munire sic, et taliter quod dicta loca, que ante guerram presentem per Comune et Dominationem Venetiarum, seu eorum nominibus tenebantur sine aliquo impedimento ad manus et potestatem dicti Comunis Venetiarum poterint devenire, et perveniant si ipsa capere volent, salvo iure compromissi. Et similiter loca que ante guerram presentem per Dominum Patriarcham, et Ecclesiam Aquilegen. seu eorum nominibus tenebantur sine aliquo impedimento ad manus et potestatem dicte Ecclesie poterunt devenire, et perveniant si ipsa capere volent et ipsa tenere possint prout tenebant, et tenere poterant ante presentem guerram. In omni, et tali iure possessionis, et dominij quibus ante presentem guerram tenebantur. Ita quod per dictam occupationem, vel relaxationem, vel expeditionem ipsarum Terrarum, vel alicuius earum nullum Ius intelligatur de novo aquisitum, auctum, vel diminutum alicui ipsarum partium nisi prout habebant ante presentem guerram. Exceptis a predictis omnibus, et singulis Civitate Tergesti, et Castris de Mocho, et Mocholano, territorijs, districtibus, Villis, et pertinentijs ipsarum et ipsorum

et ipsorum et cuiuslibet eorum cum omnibus fortilicijs, et locis, que in eorum continentur confines, et districtus, quam Civitatem Communitatem et loca prędicti Sindici actores, et procuratores prefati Dni Ducis, et Comunis Venetiarum nomine antedicto liberant, et absolvunt penitus ab omni Iure possessionis, et dominij, quam seu quod in dictis locis, seu aliquo eorum haberent, et ab omni vinculo cuiuscumque homagij, fidelitatis, Iurisdictionis et obligationis alterius cuiuscumque quocumque nomine censeantur, et que dici vel excogitari possit, * quos seu per quam dicta Civitas et Castra comunia, terre et homines forent quomodocumque et qualitercumque que dicto Dno Duci et Comuni Venetiarum obligati et quomodolibet tenerentur, liberantes et absolventes me Notarium Infrascriptum tamquam publicam personam stipulantem et recipientem nomine et vice ~~[illegible]~~ dictorum Civitatis, Castrorum omnium, et universitatum, et singularum personarum earumdem a predictis omnibus, et singulis per acceptilationem et Aquilianam stipulationem verbis legitimis, et solemnibus interpositas, facientes michi dicto Notario ut supra recipienti de predictis omnibus, et singulis finem quietationem et omnimodam liberationem, et pactum de ulterius non petendo Promittentes michi dicto Notario ut supra stipulanti et recipienti nec non predictis Venerabilibus et Egregijs Sindicatoribus, procuratoribus, Ambaxiatoribus nuncijs specialibus dicti Dni Vicedni Ecclesie et Capituli Aquilegen. et patrie Forijulij nomine et vice dicti Patriarchatus et Ecclesie Aquilegien. recipientibus quod nulla imperpetuum lis, causa, molestia, controversia, vel requisitio fiet, vel movebitur contra dictam Civitatem, Castra, Comunia, et personas, et non contra dictum Dnum Patriarcham, et ecclesiam Aquilegien. in iudicio, nec extra, de iure nec de facto publice, vel occulte directe, vel per Indirectum, Excepta et reservata a predictis omnibus et singulis prestatione annua illius quantitatis Vini Riboli et Olei que per ~~dictos~~ Venetos et Comune Venetiarum regalia appellatur. Que dicta Civitas et Comunitas Tergesti dicto Dno Duci Venetiarum solita erat tradi et concedere antequam Dnus Dux et Comune Venetiarum ~~[illegible]~~ haberent dominium et possessionem, et tenerent Civitatem Tergesti, que prefato Magnifico Dno Duci, et Comuni Venetiarum prestari debebant predictis non obstantibus, quod Comune Tergesti consuetum, et solitum erat prestari antequam Comune Venetiarum teneret et possideret dictam Civitatem Tergesti. Et excepto etiam quod dicto Dno Duci, et Comuni Venetiarum et Subiectis, et districtualibus eorumdem remaneant, alia, integra, illibata,

* supple per

Iurisdictionis, et aliorum dictorum Iurium, per arbitrationem per arbitrium
per rationem, laudationem, ordinationem, et amicabilem compositionem,
alte et basse sicut ei videbitur. Sub pena mille Marcharum auri, medie
tas cuius pene cedat Romane Ecclesie, et alia medietas cedat [illegible]
observanti predicta prout et sicut continentur alias factum compromissum
per dictas partes in Dnum Papam Nicolaum quartum secundum quod
apparet in quodam publico Instro scripto manu Donati Lambardi Im-
periali auctoritate Notarij publici, et Ducatus Venetiarum scribe, et Vual-
terij Civitatensis Apostolica, et Imperiali auctoritate Notarij, Et Henrici
Imperiali auctoritate Notarij Anno Dni Millesimo CC. LXXXXj.° Indic-
tione quarta. Die Xj.° Intrante Novembri. Et si post predictum Instrum
Compromissi reperiretur aliud Instrum Compromissi facti per dictas par-
tes predictas in dictum Dnum Papam, vel alium Papam ultimo con-
fectum stetur ultimo Compromisso quantum ad formam Baylie date. Et
sic per presens capitulum illa Baylia intelligatur esse data dicto
Sanctissimo Dno nostro Pape presenti et successoribus suis, que in
ipso ultimo Compromisso reperiretur, si contingit ultimum reperiri.
Sane semper intellecto, et excepto ab omnibus supradictis quod
Civitas Tergesti cum Castris de Molis, et Mocculano cum ter-
ritorijs et districtibus Villis, et pertinentijs ipsius, vel ipso-
rum, et cuiuslibet eorum, cum omnibus fortilicijs, et locis que
infra eorum continentur confines et districtus de quibus fit
mentio in speciali Capitulo presentis pacis, non includatur
nec veniat, nec venire intelligatur in supradicta cognitione
arbitrio, et potestate data predicto Sanctissimo Dno nostro Pa-
pe per presens Capitulum. Et quod interim donec et quous-
que dictum compromissum in forma predicta factum fuerit
dicti Domini Vicedominus, et alij Gubernantes, regentes, seu re-
presentantes Ecclesiam Aquilegen. et dictam Patriam Foriulij
non teneantur nec sint astricti, seu obligati vigore presen-
tis Pacis ad relaxandum.

3

n:

?r

:

>

:

mi

bi/

>

bj

va

>

ri

nha

.

is

vie

>

v:

v:

?

Amici Charissimi noverte, nos pridie nobis scripsisse nos ex Ducalis Dominij Mandato, nos Portu Latisane ire debere nos heri serò applicuimus, hicque invenimus Nobiles, et Sapientes Viros Dominum Petrum Querini pro Ducali Dominio, et Pellegrinum de Caulongo pro Magnifico Dño Verone, qui pro eorumdem parte nobis dixerunt. Quod predictum Ducale Dominium et Magnificus Dominus Verone multum de nobis conqueruntur, quod nos pacta eisdem promissa hucusque non attenderimus, licèt hactenus nobiscum leniter transiverint, sed modò cum expedit omnino tam propter damna Patrie Fori Julij, quam etiam maxima enormitates, et damna ob Patriam predictam Magnifico Domino Verone illata &c. Dominum Padue, similique mercede reddenda habere intendunt omnes taleas Patrie nostre, uti eisdem promissum fuit, cum bene nobis pacta promissa attendiderint, et libertatem nostram defendiderint, et Patria toto posse volenterque scire pro quibus defficiet, et quibus non, predictas taleas pavari facere, et ad

Mandatum Iacomutij de Porcilijs Capitanei Gentis nostrę esse, ipsumque cum predictis Talcis nostris equitandum ad ipsius Domini Paduę damna, et destructionem, et Patrię nostrę ubi ei uidebitur defensionem, cum gente forense, quę ad presens in Patria sunt, omnino expediat Magnificum Dominum Veronę habere ad destructionem et damna ipsius Domini Paduę, comalestaque ipsius intentione centum lanceis, et ij. et tot quod expediet, si expediat Patriam nostram defensuros: et ideò nos instanter rogamus, ut super petitis ordinem talem ponere uelitis, quod quam citius fieri potest exequtioni mandentur, ut eidem uideatur nos habere eamdem affectionem et legalitatem, quam hactenus ostendimus, et habere debemus. Quod si non feceritis nobis, et Patrię nostrę, ad magnum damnum, et destructionem cedere posset.

Nobisque de premissis indilaté responsionem date, cum eamdem etiam protinus habere intendant.

Dat. Portus Latisanę Die 29. Martij.

Iacomutius Comes de Porcilijs Gentis Capitaneus

Gentis Ligę Me. Federicus de Sauorgnano.

(A' tergo)

(A tergo) Prudentibus et circumspectis Viris quinque Deputatis de Utino ad Regimen Patriæ Fori Iulij Amicis ut fratribus charissimis.

1385
Usure

Universis, et singulis tenore presentium facimus manifestum Nos Lovisius de Biscoffis de Sacillo Gastaldio ... Provisores Consilium, et Commune Civitatis Austrie Aquilegensis diocesis Quod Phaysel Iudeum de Herfurth cum filijs, generis, et familijs ipsius a proximo futuro Festo Sancti Martini usque ad duos annos integros, et completos in nostrum ex nunc recepimus convicinum, quem cum filijs, generis, et familijs ipsius tamquam vicinum nostrum de omnibus sibi ipso biennio durante occurrentibus promittimus fideliter adjuvare, defendere, et benignius pertractare contra quoscumque tam clericos, quam laicos in bonis pariter, et personis. Volentes quod ipse Phaisel cum filijs, generis, et familijs suis in dicto durante biennio gaudeat tam emendo, vendendo, contrahendo quam aliter quovis modo quocumque privilegijs, mercimonijs, immunitatibus quibuscumque, quibus ceteri concives nostri vicini, et terrigene potiuntur. Qui namque Phaisel nobis solemniter promisit usque ad predictum duorum annorum terminum et eo durante in terra Civitatis Austrie cum filijs, generis, et familijs ipsius domicialiter habitare, Salvo tamen quod si predicto Phaisel non placeret stare, seu habitare usque ad complementum duorum annorum, et vellet recedere, et ducere secum partem familie sue, predicto Phaysel sit licitum posse recedere, dumodo dimittat aliquam partem familie sue in Civitate, nec ob hoc aliquam penam incurrat. Et si dictus Phaysil vellet recedere et ire alio, et ducere secum totam familiam suam, quod valeat, et possit eam ducere, dumodo ipse dimittat unum de familia sua nomine sui. Insuper quod ipse Faisil possit, et valeat recipere unum scriptorem, ac etiam unum magistrum pro instruendo filios suos, ac generos, et aliam familiam suam, vel alium Iudeum servitorem, vel judeam ad ipsius Phaisil arbitrium, qui possint et valeant accomodare usque ad summam Quadrigentorum ducatorum, et non ultra sine aliqua provisione persolvenda Communi Civitatis, etiam si non habitaret domicialiter in domo ipsius Phaisel, et quod etiam predictus Phaisil possit, et valeat recipere secum unum socium, qui socius valeat mutuare illam quantitatem pecunie, quam volet sine aliqua provisione persolvenda dicto Communi Civitatis Austrie, etiam si dictus socius non habitaret in domo cum predicto Phaisil. Insuper quod antescriptus Phaisil annuatim dictorum termino duorum annorum durante Communitati nostre solvere teneatur Marchas soldorum   pro provisione, et censu nostro prout nobis promisit solemniter, Videlicet medietatem in principio anni, et aliam medietatem

in fine anni, et pro eo etiam quod ipsum Phaisil cum filijs, generis, et familijs suis, et quemlibet alium Judeum, qui veniret ad instantiam ipsius Phaisil ad habitandum in Civitate ab omnibus impositionibus, et angarijs terre Civitatis predicte, que ipsum, et filios, generos, et familias ejus in dicto biennio utcumque tangere possent eximimus, et liberamus, eximimus, et liberavimus, et exemptos, absolutos, et liberos tam tempore pacis, quam tempore guerre ex nunc declaramus, et presentibus profitemur. Hoc quidem dicto, convento, et firmato solemniter nos inter, et ipsum, quod in eorum festivitatibus aliquas pecunias mutuare non teneantur persone alicui; ac etiam non teneantur reddere, atque dare in dictis eorum festivitatibus aliqua pignora alicui volenti ea exigere, nec durantibus ipsis eorum festivitatibus parere alicui Judicio, et dominio Spirituali aut temporali Ipse, nec filij, vel generi, nec
aliquatenus valeant cohiberi. Preterea si ad ipse Phaisil nec filij seu generi, nec aliqui sui privilegiati
aliqui sui privilegiati teneantur si noluerint super bonis stabilibus, nec super cartis, seu Instrumentis, sed super mobilibus pignoribus bonis, et idoneis, si eidem Phaisil, filijs, generis, et familijs, et alijs in dicto privilegio inclusis eis placebit, vel alteri eorum absque artatione eorum pecunias mutuare illi, vel illis, cui, vel quibus eis melius placebit. Et si contingerit ipsum Phaisil, seu aliquem de filijs, generis, aut suis privilegiatis mutuare super cartis seu instrumentis, quod dicta Instrumenta intelligantur de capitali, et non de duplo: Et quod pro pecunijs, quas mutuo dederint Communitati predicte Civitatis Austrie, et alijs hominibus gastaldie predicte Terre Civitatis Austrie subjectis et habitantibus sub eadem decem parvulos pro marcha denariorum, et octo parvulos pro Marcha soldorum, et nil ultra accipere possint in qualibet septimana, videlicet Vicinis, Civibus, et Terrigenis Civitatis Austrie, et habitantibus sub eadem gastaldia super sufficientibus tamen et idoneis bonis pignoribus mobilibus, prout nobis promisit, Salvo quod de una marcha infra accipere ponit pro utili, sicut cum accipientibus mutuo ab eis fuerit conventum. Et quod pignora vicinorum, et sub gastaldia Civitatis Austrie habitantium ultra annum a die pignorationis eis facte conservare minime teneantur, et quod pignora pignorata ab una marcha denariorum supra, et que deinceps pignorabuntur teneantur, et debeant proferri facere illis personis, quarum ipsa pignora erunt, seu forent per preconem, seu per precones dicti Communis Civitatis Austrie in predicta Civitate Austria

super

super platea publica et non alibi usque ad summam capitalis, et utilitatis, ac usurarum, et expensarum eorum, et non ultra. Et si dicta pignora eis pignorata, et sic proferta non incantarentur usque ad summam predictorum capitalis, usurarum, et expensarum facta tamen de predictis omnibus, omni dolo, et fraude remotis, omni congrua, et debita ratione, et calculatione, tunc ipsi Iudei eo casu, et non aliter possint, et valeant pro semetipsis ipsa pignora eis pignorata, et sic proferta, et incantata incantare, seu facere incantari usque ad summam predictorum capitalis, et utilitatis ac expensarum occasione hujusmodi factarum, necnon in se recipere, et retinere, quemadmodum aliqua quevis persona, que ipsa pignora incantasset, et ad incantum rationabiliter emisset. Item si contingeret ipsum Chaisil, vel alios suos privilegiatos ad presens Iudeos, quorum interest, vel interesse posset aurea, seu argentea pignora eis pignorata facere proferri elapso anno, seu termino, ut superius dictum est, quod dictus Chaisil, seu alij Iudei seu privilegiati ponere debeant atque teneantur unam cedulam ipsi pignori, seu pignoribus affixam, in qua quidem cedula contineatur pondus dicti pignoris expresse, et quantitas pecunie mutuate, necnon tempus in quo dictum pignus, seu pignora steterunt in pignore penes eos, ac etiam utilitas, et usura quas habere debent pro dictis pignoribus. Et pignora, que essent pignorata, vel que imposterum pignorabuntur ab una marcha infra non teneantur proferri facere personis habitantibus in Civitate, vel sub gastaldia ejus, nec etiam forensibus, sed ea vendere valeant ad eorum libitum voluntatis. Forensibus quidem, idest extra terram, et gastaldiam dicte Civitatis Austrie habitantibus mutuare possint super quibuscumque pignoribus, et quomodocumque cum eis, et utilius scient, et poterunt convenire, nec elapso anno teneantur forensibus proferri facere aliquod pignus, quamquam ultra unam marcham ascenderet. Item quod si aliqua persona de Civitate Austrie, vel gastaldia, seu aliunde vellet aliquid petere seu probare contra predictum Chaisil, vel contra aliquem de privilegiatis, aut contra eorum bona, probare non possint nisi per Christianos fide dignos, et per Iudeos dignos fide, et bone opinionis, mixtè, qui sint concordes adinvicem in dictis eorum, et non aliter. Ita quod ad sciendum pro quanto pignora eis sint, seu fuerint pignorata, quaterno, seu quaternis ipsorum Iudeorum fides plenaria adhibeatur, et debeat adhiberi: Ita tamen quod Iudei teneantur quibuscumque pignorantibus pignora, que ascendant ab una marcha

supra, facere unam cedulam, si petent, scriptam manibus eorum, in qua contineatur nomen pignorantis, et quantitas pecunie mutuate, et dies: Ab una vero marcha infra teneri non debeant, nec teneantur aliquam cedulam dare etiamsi pignorans peteret. Si vero aliquis pignorans, et pecuniam mutuo accipiens ab ipsis Judeis, vel eorum aliquo de ipsis privilegiatis ipsam manualem scripturam, seu cedulam sub modo, et forma predictis acceperit, et allegaverit, atque dixerit, se scripturam ipsam amisisse, et pignus suum sibi ab eis dari petierit teneantur ipsi Judei, seu alter eorumdem de privilegiatis pignus ejusdem habens ipsi petenti restituere, dare, et effectualiter consignare, prius tamen eisdem Judeis, et ipsorum cuilibet ipsum pignus penes se habenti de pecunia, et utilitate ~~cum~~ ipsius impignorationis, utcumque eis debenda ab ipso pignus petente integraliter satisfacto, ipsis quidem dumtaxat Judeis in quaterno, seu quaternis scribentibus quomodo ipse talis dixit scripturam ipsam sibi datam perdidisse, et quaterno, seu quaternis ipsorum Judeorum de relatione perditionis ipsius manualis scripture fides debeat adhiberi. Et si postea pignore per eos restituto, et dato petenti aliquis ipsam scripturam sic perditam inveniens illam antedictis Judeis exhiberet, et consignaret petens pignus sibi dari, non teneantur ipsi Judei ad ipsius pignoris restitutionem, nec aliquatenus valeant cohiberi, dumodo in eorum quaterno, seu quaternis scribant relationem amissionis ipsius scripture, ut superius est expressum. Ita quod pecunia per eosdem Judeos, vel ipsorum aliquem mutuata tam in scriptura manuali predicta quam in quaternis eorum scripta, et notata non intelligatur esse de duplo sed de mero, puro, et proprio capitali. Preterea promittimus ipsis Judeis privilegiatis dari facere carnes per becarios nostros de Civitate pro pretio, quo vendunt alijs vicinis, et terrigenis nostris juxta eorum morem, nec ob hoc possint nec valeant tributari a dictis macellatoribus nostris. Item quod eisdem Judeis dare, et consignare debeamus, prout ex nunc damus, et consignamus eorum cimiterium, et sepulturam secundum consuetudinem Civitatis Austrie jam diu hactenus observatam. Item si aliquod pignus fuisset eis pignoratum, vel in posterum pignoraretur, et aliquis veniret ad Judeos dicens tale pignus sibi furtim acceptum fuisse, quod predicti Judei teneantur restituere dictum pignus habitis prius pecunijs eorum capitalis: Et si ille, cui fuisset tale pignus furtive acceptum veniret ad Judeos pro tali pignore exigendo elapsis tribus mensibus post factam pignorationem, tunc ille, cujus esset tale pignus teneatur solvere Judeis pecunias eorum capitalis, et utilitatis, et tunc predicti Judei teneantur, et debeant dare, ac restituere tale pignus; ac etiam teneantur ipsi Judei

dare

dare nomen pignorantis hujusmodi pignus in scriptis Gastaldioni, et Proviso ribus, seu alicui ipsorum, et non alijs, prout in quaterno ipsorum reperient in scriptis. Item si casus daret, seu occurreret, quod absit, quod igne seu furto, seu quovis alio Divino Judicio, vel humano, intelligendo tamen semper bona fide, et sine fraude, aliqua pignora amitterentur, ad restitutionem ipsorum ipsi Judei minime teneantur.

Item si ipse Chaisil Judeus, vel alter Judeorum de privilegiatis offenderet aliquem, quod ille, qui offensionem intulerit puniatur, et non alij. Et si aliquis Christianus offenderet predictum Chaisil Judeum, vel alterum ipsorum Jude orum de privilegiatis ille talis offendens secundum offensionem illatam puniatur, et si in domo sua offenderetur ipse Chaisil Judeus, vel aliquis dictorum Judeorum de pribilegiatis credatur sacramento ipsius, qui receperit offensam, ita quod talis offensor puniatur, ac si predictus Chaisil, vel alter Judeorum de privilegiatis probarent per testes idoneos, et sufficientes. Insuper quod ipse Chaisil Judeus, nec aliquis de suis privilegiatis exforcentur effici Christiani. Item quod quandocumque suprascriptus duorum annorum terminus expirave verit, et ipsi Judei in terra Civitatis Austrie habitare ulterius noluerint nobis tribus mensibus ante dicti termini expirationem debeant intimare, qua intimatione facta Nos, et ipsi nobiscum teneamur, et debeamus publice facere proclamari, quod omnes, quorum pignora prefati Judei haberent ipsa eorum pignora infra ipsorum trium mensium spacium debeant exegisse, quo termino ipsorum trium mensium elapso possint, et valeant ipsi Judei de suprascriptis pignoribus eis pignoratis, et infradictum spacium trium mensium proclamationis predicte non exactis facere quicquid vellint. Ceterum quod quandocumque prefatus Chaisil una cum filijs, generis, et alijs privilegiatis, vel altero ipsorum supradicto termino ipsorum duorum annorum peracto, vel infra dictum biennium extra dominium Aquilegensis Ecclesie secedere vellent teneamur, et dare debeamus, prout ex nunc promittimus eisdem, et ipsorum cuilibet recedere volenti bonum, et securum galaitum semel, et pluries, prout eis erit necessarium, ipsorum tamen Judeorum sic recedentium omnibus sumptibus, et expensis. In casu vero, quo dominium, et districtum ipsius Aquilegensis Ecclesie non vellent exire, sed ad aliquam terram seu locum sub ipsius Aquilegensis Ecclesie dominio, et districtu vellent personaliter se transferre, ad illam nichilominus terram, seu locum ad quam, vel quem eorum gressus dirrigere vellent, galaitum eorum sumptibus, et expensis, ut superius

est enaratum eis prout promittimus dare teneamur, et totaliter debeamus, Ita quod si dictus Chaisil, aut filij, generi, et sui alij privilegiati supradicto eorum termino duorum annorum completo a Terra Civitatis Austrie vel=let, seu vellent discedere, et ita subito elapso dicto biennio non possent, seu non vellent, bona, res, et massaricias ipsorum ducere extra Terram ip=sa bona, res, et massaricie una cum personis eorum sint, et esse debeant salva, et secura in dicta terra Civitatis, et gastaldia ejusdem illa extra=ducendo. Item si predictus Chaisil elapso dicto biennio cum filijs, generis, aut privilegiatis, aut parte ipsorum, seu altero ipsorum vellent, seu vel=let remanere per unum annum inde sequentem, et completum in dicta terra Civitatis Austrie cum pactis superius declaratis, et specificatis in predicto privilegio; quod Communitas predicta teneatur, et debeat ipsos in dicta terra dimittere habitare, videlicet solvendo annuatim marchas soldorum . et non ultra prout ex nunc solvere promiserunt, si tamen remanere vellent; si vero finito dicto biennio predictus Chai=sil, aut filij, seu generi, seu alij privilegiati vellet, seu vellent remane=re ad habitandum in terra dicte Civitatis Austrie per unum vel duos annos valeant, et possint remanere usque ad terminum sexdecim an=norum inclusis et computatis annis tribus predictis cum pactis tamen superius expressatis, et declaratis. Que quidem pacta, et conventiones et omnia et singula suprascripta per nos successoresque nostros eidem Cha=isil pro se, et suis filijs, generis, et privilegiatis stipulanti promittimus us=que ad predictum terminum habere firma, et rata, atque attendere, ob=servare, et adimplere aliquibus statutis, difinitionibus, ordinationibus, et privilegijs, que ad presens forent, seu imposterum fierent, et que dicto Chaisil, et suis privilegiatis predictis possent derogare, seu modo aliquo prejudicare, non obstantibus. In quorum testimonium fidem, et omnium premissorum evidentiam pleniorem has nostras litteras fieri jussimus nostrique magni sigilli appensione muniri. Datum in Civitate Austria Aquilegensis diocesis Die Veneris Vigesimotertio Mensis Junij. Sub Anno Domini MCCCLXXX quinto. Indictione VIIJ.

1386 ~~maggio~~
22 Febraio

Ex Tomo · XII · Annalium Civitatis Utini
Pag: 12:
Millesimo trecentesimo octuagesimo sexto
Die · XII · Maij
Presentate fuerunt Litere Papales infrascripti tenoris

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei · Ven.li Fratri Ferdinando
Patriarche Jerosolomitano Vicario Ecclesie Aquilegensis
in Spiritualibus, et temporalibus per Sedem Apostolicam De=
putato dicte Sedis Nuntio, Salutem, et Apostolicam be=
nedictionem · Dudum cupientes Patriam Forijulij ac
Aquilegensem Ecclesiam pleno jure pertinentem, et adver=
sum se metipsam parricidiali bello furentem, ad unitatem,
et quietem reduci, ac inter dilectos filios Nobiles Viros Fran=
ciscum in Padua, et Antonium dela Scala Milites in
Veronensi Civitatibus Imperiales Vicarios graviter etiam bel=
licis congressibus invicem dissidentes pacem, et concordiam
reformari, te cum pleno super hijs mandato ad partes illas
duximus destinandum; Et quia providimus, quod dilectus
filius Nobilis Vir Ludovicus de Vicedominis de Monticulo
Miles Parmensis Apostolice Sedis Nuntius tecum in hu=
iusmodi deducendis negotijs esse poterat multipliciter fruc=
tuosus, ipsum ad promovendum huiusmodi negotia, ac te
sollicitandum super illis, et ubi adesse non poteris ipse de
tuo consensu commissa executioni mandet fraternitati tue
sine preiuditio tamen comissionum super hijs tibi factarum
in premissorum executione adiungimus per presentes, ipsum
igitur Nuntium ad partes illas transmittimus, et sibi quedam
circa premissa per eum tue fraternitati referenda duximus
committenda, cuius in hac parte relationibus credat eadem fraterni=
tas indubie, et annuat cum effectu · Dat. Januae · VIIII°

Kalendas Martij Pontificatus nri. anno octavo

Bulla Adiunctionis, et Erectionis ad Patriarcham Forom-
lomitanum.

Ex Tomo. xij. Annalium Civitatis Utini. Pag. 14. t°.

Anno Domini Millesimo Tercentesimo Octuagesimo sexto Indictione. viiij.ª
Die. xvj. Maij.

Congregato Consilio Communis Utini, in quo quidem Consilio interfuerunt Dni Leonardus de sancto Daniele Capitaneus, Azolinus de Fumbertinis, Hector Militis, Nicolaus Manini, Henricus de Paona, Nicolursius de Castillirio, et Nicolaus de Castellirio, Franciscus de Cavalcantibus, Petrus de Bellonis, Johannes de Faganea, Stephanus Birtulini, Simon de Percotto, Antonius de Faganea, Dominicus Brunatij, Antonius q. Minij, Johannutus Boni, Christoforus Cignotti, Bartholomeus Cortoni, Dominicus Mandine, Ancelotus Notarius, Johannes Nicoluse Bombeni, et Petrus Pasculutus. Cum Christoforus Cignoti de Utino esset obligatus Conrado Lucie Fluris in quingentis Florenis, quos ab eodem receperat mutuo pro Communitate Utini, Dnus Azolinus de Fumbertinis Miles, et Legum Doctor promisit ipsum Christoforum conservare indempnem a dicta obligatione ad preces dicti Communis, Obligans ad hec quinque Marchas redditum ad usum Curie, quas habet in Villis Lauzachi, et de Mardariolo. Cum hoc, quod suprascripti omnes Consiliarij promiserunt ibidem eundem Dnum Azolinum conservare indempnem a dicta conservatione, quos omnes Consiliarios Hermanus de Percoto Camerarius dicti Communis promisit conservare indempnes, obligans ad hoc Datium Bleti dicti Communis Utini specialiter, et generaliter omnia alia Datia, et bona dicti Communis.

Infrascripti sunt Massarij regentes Bona, seu Marchas de Redditu in Lauzacho obligatas per suprascriptum Dnum Azolinum.

Imprimis obligavit quoddam bonum rectum per Matheum de Lauzacho, pro quo solvitur annuatim staria Frumenti. viiij. staria Silliginis. iij. staria Anone. viiij. Spatula j. Galline. iiij. cum Ovis. Denarij xxiiij. staria Milei novem.

Item obligavit quoddam aliud bonum rectum per Johannem Fasanum, pro quo solvitur annuatim staria Frumenti. iiij.or staria Anone. iiij.or staria Milei. iiij.or Galline due cum Ovis.

Item quoddam aliud bonum rectum per Simonem Flumini, pro quo solvitur annuatim staria Frumenti. ij. staria Silliginis. iij. staria Anone. iiij.or staria . . . iiij.or ½. Congia Vini. j ½. Galline. ij. cum Ovis, Denarij. vj.

Item quoddam aliud bonum rectum per Iulianum, pro quo debet annuatim Staria Frumenti quatuor: Staria Anone .ij½. Staria Milei: ij½. Gallina .j. cum Ovis.

Item solvitur per predictum pro Territorio, quod fuit . . . annuatim. Staria Frumenti .iiij.or Starria Anone .ij.½ Congia Vini .ij Starria Milei ij½. Gallina .j. cum Ovis:

Item quoddam aliud bonum rectum per Iohannem Pizul, pro quo annuatim solvit Starium Frumenti .j. Staria Silliginis .ij. Staria Anone .iij. Staria .iij. Milei. Congium Vini .j. Galline .ij. cum Ovis. Denarij iiij.or

Item quoddam aliud bonum rectum per Dominicum Flumini, pro quo annuatim solvit Staria Frumenti .ij. Staria Silliginis iij. Staria Anone .iiij.or Staria Milei .iiij.or ½. Congia Vini .ij. Galline .ij. cum Ovis: Denarij .Vj.

Item quoddam bonum positum in Mardariolo rectum per Torsum, pro quo annuatim solvit Frumenti Staria .Vj. Avene Staria .Viij ½. Milei Staria .Vj. Vini Congia .iiij.or Galline .ij. cum Ovis: Denarij .Vj.

im
ina

—.
ler

atim
Sta-

natim
cano

o an
ana

1387 Copia Bullarum Apostolicarum gestarum per providos Leonardum de Andriottis et Simonem Venuti de Venzono

1386 10 marzio

Ex Tomo XII Annalium Civitatis Utini

Pag. 14 to.

Anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto Indictione VIIII.

Die XVI Maij

Congregato Consilio Communis Utini, in quo quidem Consilio interfuerunt Dominus Leonardus de Sancto Daniele Capitaneus, Azolinus de Sumbertinis, Hector Miulitti, Nicolaus Manini, Henricus de Carnea, Paulussius de Castillirio, et Nicolaus de Castillirio, Franciscus de Cavalcantibus, Petrus de Belonis, Johannes de Fagania, Stephanus Bittulini, Simon de Pericoto, Antonius de Fagania, Dominicus Brunatij, Antonius q. Misii, Johannutus Borri, Christoforus Cignoti, Bartholomeus Cortoni, Dominicus Mandine, Ancelotus Notarius, Johannes Nicolussii Lomberii, et Petrus Pasculutus. Cum Christoforus Cignoti de Utino esset obligatus Conrado Lurie Florenos quinquaginta Florenos, quos ab eodem receperat mutuo pro Communitate Utini, Dominus Azolinus de Sumbertinis miles, et Legum Doctor promisit ipsum Christoforum conservare indemnem a dicta obligatione ad preces dicti Communis, obligans ad hoc quinque Marchas redditum ad usum Curie, quas habet in Villis Lauzachi, et de Mardaniolo; Cum hoc quod suprascripti omnes Consiliarij promiserunt ibidem eundem Dominum Azolinum conservare indemnem a dicta Conservatione, quos omnes Consiliarios Hermanus de Pericoto Camerarius dicti Communis promisit conservare indemnes obligans ad hoc Datium Olei dicti Communis Utini specialiter, et generaliter omnia alia Datia, et bona dicti Communis.

Infrascripti sunt Massarij regentes [illegible], seu Marchas et Redditu in Lauzacho obligatas per suprascriptum Dominum Azolinum

In primis obligavit quoddam bonum rectum per Matheum de Lauzacho, pro quo solvitur annuatim Staria Frumenti VIIII. Staria Siliginis III. Staria Avene VIIII. Spatula I. Galline IIII. cum Ovis Denarij XXIIII. Staria Milei novem.

Item obligavit quoddam aliud bonum rectum per Iohannem Pasanum, pro quo solvitur annuatim Staria Frumenti IIII^or^. Staria Avene IIII^or^, Staria Milei IIII^or^ Galline due cum Ovis

Item quoddam aliud bonum rectum per Simonem Flumini, pro quo solvitur annuatim Staria Frumenti II° Staria Siliginis III^a^ Staria Avene IIII^or^ Staria IIII^or^ ½ Congia Vini I ½ Galline II cum Ovis Denarij VI.

Item quoddam aliud bonum rectum per Iulianum pro quo debet annuatim Staria Frumenti quatuor, Staria Avene II ½, Staria Milei II ½ Galina I cum Ovis

Item solvitur per praedictum pro Territorio, quod fuit annuatim Staria Frumenti IIII^or^, Staria Avene II ½ Congia Vini II° Staria Milei II ½ Galina I cum Ovis

Item quoddam aliud bonum rectum per Iohannem Bral pro quo annuatim solvit Staria Frumenti I Staria Siliginis II° Staria Avene III^a^ Staria III Milei, Congia Vini I Galline II cum Ovis Denarij IIII^or^

Item quoddam aliud bonum rectum per Dominicum Flumini pro quo annuatim solvit Staria Frumenti II°, Staria Siliginis III^a^ Staria Avene IIII Staria Milei IIII ½ Congia Vini II° Galline II cum Ovis, Denarij VI.

1387

Copia Bullarum Apostolicarum gestarum per providos
Leonardum de Andriottis, et Simonem Venuti de Venzono

Item quoddam bonum positum in Mardaniolo vestitum per Sonsum pro quo annuatim solvit Frumenti Staria VI. Avene Staria VIII½. Milei staria VI. Vini angia IIII. Galine II cum Ovis, Denariis VI.

1387

Copia Bullarum Apostolicarum portarum per providos
Leonardum de Andriottis et Simonem Venuti de Venzono
redeuntes de Curia

Fol. 94. 1659.
Giulio Superchio Medico.
Fol. 121. 1659.
Alessandro Languidis di Castelfranco Medico.
Annal. Tom. LXXXIII. Fol. 16. 19. 1661.
Giulio Superchio Medico.
Fol. 29. 1661.
Francesco Cassiani Medico.
Fol. 127. 1662.
Alessandro Languidis. Medico.
Annal. Tom. LXXXIV. Fol. 59. 1664.
Giulio Superchio Medico.
Fol. 96. 1665.
Lorenzo Languidis Medico.
Annal. Tom. LXXXV. Fol. 109. 1668.
Lorenzo Languidis. Medico.
Annal. Tom. LXXXVII. Fol. 167. 1674.
Gio: Domenico Ronconi Medico
Annal. Tom. LXXXVIII. Fol. 130. 1676.
Gio. Francesco Cassiano Medico
Fol. 179. 1677.
Francesco Chiave Medico.
Annal. Tom XC. Fol. 15. 16. 1681.
Gio: Francesco Cassiani Medico.
Lorenzo Languidis Medico.
Fol. 115. 1682.
Giorgio Languidis Medico.
Fol. 125. 1682.
Niccolò Madrisio Medico.
Annal. Tom. XCII. Fol. 13. 1687.
Niccolò Madrisio. Medico.

Atti.

Atti. Tom. LXV. Fol. 349 1688

Lorenzo Languidis) Medici
Giorgio Languidis)

Fol. 351. 1688.

Francesco della Chiave) Medici
Niccolò Madrisio.)

Annal. Tom. XCII. Fol. 169. 1689.

Lorenzo) Languidis Medici
Giorgio)

Fol. 204. 1689.

Francesco della Chiave Medico.

Annal. Tom. XCIII. Fol. 18. 1690.

Francesco della Chiave Medico

Fol. 163. 1692.

Lorenzo Languidis Medico creato Lettore di Padova.

Fol. 176. 1692

Francesco della Chiave Medico

Annal. Tom. XCIV. Fol. 12. 1693

Vicenzo Radio Medico

Annal. Tom. XCV. Fol. 98. 1697.

Giuseppe Rambaldi Genovese Medico

Fol. 114. 1697

Giulio Colossis Medico.

Fol. 132. 1697.

Niccolò Madrisio) Medici
Francesco della Chiave)
~~Agostino~~ Antonio Virgilio)

Annal. Tom. XCVI. Fol. 55. 1699.

Girolamo Radio Medico.

Annal. Tom. XCVII. Fol. 37. 1702

Giulio Colossis Medico.

Fol. 56. 57. 1702

Francesco della Chiave Medico.
~~Agostino~~ Antonio Virgilio Medico.

Annal. Tom. XCVIII. Fol. 68 1705

~~Agostino~~ Antonio Virgilio Medico.

Fol. 167 1706.

Giulio Colossis Medico.

Annal. Tom. CIII. Fol. 131-132. 1722

Antonio Virgilio. } Medici
Tomaso Mattioli. }

Annal. Tom. CIV. Fol. 155. 1725

Tomaso Mattioli Medico.

Annal. Tom. CV. Fol. 19. 1726.

Alfonso Belgrado Medico.

Annal. Tom CVII. Fol. 77. 1733.

Alfonso Belgrado Medico.

Annal. Tom. CX. Fol. 67. 1742

Giulio Colowis Medico Giubilato.

Fol. 99. 1742

Andrea Rossetti Medico.

Annal. Tom. CXIII. Fol. 45. 1750.

Fortunato Bianchini Medico

Fol. 49. 1750.

Alfonso Belgrado. Medico

Fol. 70 1750

Pietro Vanteinlingher Medico.

Fol. 186. 1752.

Francesco Begano Medico.

no
ouida,
lecta
per-
cerat.
vobis:
ini-
llere
it
trem
rea-
ma-
nsi-
n mus
u.
à in
ind-
t.
c
res.
io-
res-
ipse
vias
, dei
ergo
de
oey-
sedis
ieas
iens
nis
impe-
92
rtus,

no
onido,
lecta
per-
ierat,
vobis:
mi-
llere
it
rem
ra-
rua-
efi-
mus
u.
à in
rod-
t.
c
ret.
io-
res-
ipse
riay
, dei
ergo
de
oey-
sens
ieas
iens
nis
impe-
92
rtus,

no
onida,
leeta
ter-
erat,
vobis:
mi-
llere
it
rem
rea-
rua-
nfi-
mus
e.
à in
nol-
t.
c
ret.

io-
res-
ipse
viay
Dei-
ergo
de
oey-
sedis
icas
iens
nis
impe-
92
rtus,

1V. Aut. Coseur P. V. A. Hist. die 30. Ianuarij 1717.

1392

1392 ind.ne XV

Januarij

Fol: 25 t.o

presentatio presbiteri Conradi de Palmata ad Altare S.te Ursule

Et in dictis Millesimo, et Indictione die XVI. mensis Januarij. Constitutis providis Viris Presbiteris Jo. Bilis, Leonardo dicto Cart. ... in Collegiata Ecclesia S.te Marie de Utino Jo. Dujmi, et Leonardo de Martignaco Capellanis in d.a Ecclesia et aliis. Congregato Capitulo ut moris est in Sacristia maioris dicte Ecclesie, in quo Capitulo interfuerunt Ven.s Viri domini Gregorius V. Decanus, Nicolaus q. Gregorij, Petrus Conradi, Jo. de Utino, ~~[illegible]~~ Enicillus de Laurona et Nicolaus de Porta omnes Canonici Pre=bendati / Providus Vir Bellonus de Utino presentans se habere ius patronatus ad presentandum unum Sacerdotem Capitulo antedicto ad Altare S.te Ursule ad obligationis presentavit dictis DD. Canonicis Venerabilem presbiterum Conradum de Palmata, habita deliberatione, prefatus D. Gregorius V. Decanus De consensu et voluntate approbatione DD. Canonicorum et presente d.o Bellono investivit per birretum suum dictum presbiterum Conradum et d.s presbiter Conradus promisit honorem, reverentiam et obedientiam dictis DD. Canonicis et Capitulo. Et de predictis constat manu presbiteri Jacobi ... Canonici

Presentationem premissam propria manu ... extraxi ex libro existente in Archivio Ill.mi Capituli Utini inscripto foris / Liber primus et antiquior actuum et Deliberationum Ill.mi Capituli Utinensis) facta collatione invenit concordare presentem approbando subscripsi Jo. Ant.s Corsus P. V. A. Not.s Die 30. Januarij 1717.

1392 1° Febr.

In Christi noie. amen. anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo nonagesimosecundo, Indne. 15. Die p°. mens. Febr. Providus et ineffabilis Dei sapientia pacem vitiis primorum parentum infectam de celis ad terrena descendens per effusionem proprii sanguinis reformavit in terris, suisque discipulos, quorum solidam stabilitatem agnoverat, quum discessit ab eis, munifica largitione dotavit, cum dixit, Pax vobis: Verumtamen serpentis antiqui perfidia in humanum genus iniquitatis venena diffundens a semitis tranquillitatis, et pacis repellere non desinit incessanter, illos presertim, qui debent esse unanimes, et firma stabilitate concordes. Cum igitur inter Rmum in xpo Patrem et D. D. Joannem Dei gratia Stae Sedis Aquil. Patriarcham, ac nobiles, et sapientes viros, homines, et Commtem mam terre Utini intantum invaluerit serpentis pti malignitas, quod inter eos multa scandala, infinitique errores exorti sunt, et maiores proculdubio orirentur, ni forent per concordii, et pacis medium reformati. Ille Sermus. et Excmus. D. D. ~~Augustinus~~ Antonius Venerio Dei gra Venetiarum Dux inclytus una cum suo consilio predicta in sue mentis archivo solita meditatione revolvens, et timens pericula, quibus in eo statu tota Patria subiacebat. motus zelo sincerissime caritatis, quam semper habuit, et habet ad ipsam Patriam, et Aquil. ecclesiam, uti operibus clare patet. ambasiatores partium predictarum ad suam presentiam convocavit, ut posset animos mulcere, iras compescere, et rancores expellere de mentibus eorundem. Et visis ac examinatis proinde petitionibus, demandis, questionibus, rancoribus, et querelis, necnon responsionibus et replicationibus subtiliter factis hinc inde. Tandem ipse partes per ipsius Sermi. Principis D. Antonii Venerii Ducis Venetiarum suique consilii interpositionem Us Rdus in xpo Pater D. Augustinus Dei gratia Epus Concordiensis, et egr. miles D. Vinceslaus de Spegimbergo ac nobiles, et providi viri Dni Joannes Paduanus q. D. Franci. de Colloreto, et Nicolaus Amelli de Civitate Austria Syndici, et procuratores dicti Rmi in xpo Patris et D. D. Joannis Dei gra sancte Sedis Aquileien. Patriarche Syndicario, et procurat.° noie suo et sue Aquileiens. ecclesie, habentes ad oia, et singula in parte plenum, et sufficiens mandatum, prout constat pubco Syndicatus, et procurationis instrumto scripto manu Joannis nati q. D. Odorici de Utino imperiali auctoritate nonj. publici et scribe Patrialis sub anno dni 1392 Indne. 15, die 6. mens. Febr. Cuius tenor in originali est insertus,

ex una parte. Et nobiles, et sapientes, ac honorabiles, et circumspecti
viri D. Andreas de Monticulis Licentiatus in iure civili, ser Nicolaus
Manini, ser Nicolaus Candidi Syndici, et procuratores communitatis, et universitatis
terrae Utini, omniumque civium, et habitatorum eiusdem, habentes simul ad
omnia, et singula infrascripta plenum, et sufficiens mandatum, ut patet publico
Syndicatus, et procuratorii instrumento scripto manu Nicolussii q. Dominici Cu-
culussii de S.ta Maria la longa pub.ci imp.li auct.e not.i in suprascripto millesimo
et ind.ne eo mense, die vero 8.° cuius tenor de verbo ad verbum in ipso
originali est insertus, Ad infrascriptam pacem, et concordiam, composi-
tionem, conventionem, et pacta, solemnibus stipulationibus hinc inde
mutuo et vicissim interpositis, concedente Deo, perpetuo duraturam
concorditer devenerunt. Primo quidem quod compositiones, et con-
cordia alias facta, inita, et firmata inter ipsum R.mum D. Patriarcham etc.
Et inter alia capitula, quae in ipso vero, et integro originali continentur
tale capitulum continetur his verbis expressum. Item fuit actum, et
conventum inter dictas partes nominibus quibus supra, pro eo quod
per ambasiatores D.ni Patriarchae dicebatur, quod Utinenses fecerant certas
constitutiones seu statuta, absente D.no Patriarcha de Patria, quae verte-
bantur in praeiudicium suum, et ecclesiae Aquileiensis. Quod
statuta, et consuetudines praedictae per dictos Utinenses factae, cum ip-
sas fecerint, ut credendum est, pro bono, et conservatione terrae Utini
sint validae, et in sua permaneant firmitate. Sed et in occurrentibus
per tempora possint facere constitutiones et statuta, servatis
antiquis moribus, et consuetudinibus terrae Utini, et aliter non etc.
Actum Venetiis in ducali palatio praesentibus egregiis, et sapientibus viris
D.nis Leonardo Dandolo milite, et Petro Mocenico procuratoribus S.ti
Marci, Michaele Steno procuratore ecclesiae S.ti Marci, et Benedicto Supe-
rantio hon. civibus Venetiarum, ac sapiente, et circumspecto viro D.no
Petro de Rubeis Con. cancell.o com.is Venetiarum; necnon providis viris
ser Ioanne Lido, ser Ioanne Plumatio not.iis com.is Venetiarum, ser
Ioanne q. D. Odorici de Utino not.o Patriarchali, et ser Nicolussio q. Dominici
Coculussii de S.ta Maria la longa habitatoribus Utini ad testibus
ad praemissa vocatis specialiter, et rogatis, et alii.

Ex libro privilegiorum mag.ce comm.tis Utini
Io. Dominicus Salomonius canc. subscripsi etc.

1394. 28. Febr.

In Xpi nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem 1394. Indictione secunda, die 28 Decbris Mensis. Actum Glemone Super Scala domus Communis. Pres. providis viris S. Nicolao q. Raynerij de Glemona, Daniele q. Marculini, Johanne q. Jacuini Furtini, et Fabiano Belisario q. Dominici his omnibus de Glemona, et Bene q. Lorenti Glemone habitante Provisoribus infrascr. et Notarij testibus et alijs pluribus ad infrascripta vocatis specialiter, et rogatis

Cum hoc esset quod dum Sanctissimus in Xpo Pater, et Dominus Dnus Bonifacius Divina providentia Papa nonus ad instantiam, et Supplicationem Universitatis Terre Venzoni Aquilegen. Dioc. Ecclesiam S. Andree de Venzono in qua, tanquam in Ecclesia Sua filiali Plebanus ... ne pro tempore existens Vicarium unum pro libito voluntatis Sue deputare Solebat, Qui quidem Vicarius eiusdem Plebani vice personis d. Terre Venzoni in eadem Ecclesia S. Andree divina officia celebrabat et ministrabat Ecclesiastica Sacramenta, Idemq. Plebanus certam partem quartesia nuncupatam Frugum exercentium in ipsa Terra Venzoni, eiusq. pertinentijs, ac fructum animalium ibidem depascentium, nec non medietatem oblationum, que in ipsa Ecclesia S. Andree pro tempore fiebant, et emolumentorum in ea obvenientium percipiebat, in Parochialem auctoritate Apostolica erexisset, volendo, et auctoritate Apostolica concedendo quod ipsa Ecclesia S. Andree fontes baptismales, et Campanile cum Campanis, Cemeterium, et alia Parochialia insignia haberet, et perpetuo habere posset, et nichilominus

minus partem quartesia nuncupatam predictarum fructuum, oblationum, et emolumentorum medietatem huiusmodi pro dote ipsius Ecclesie S. Andree designasset, dictam Terram Venzoni cum pertinentijs suis a Parochia dicte Ecclesie S. Marie de Clemona perpetuo separasset, ipsamq. Terram Venzoni cum dictis pertinentijs eidem Ecclesie S. Andree pro eius Parochia deputasset statuendo, et etiam ordinando, quod eadem Ecclesia S. Andree ex tunc deinceps per unum Rectorem, seu Plebanum proprium gubernaretur, ac etiam regeretur, et huiusmodi Ecclesiam S. Andree sic in Parochialem erectam Petro Andree q. Thomassini de Venzono auctoritate prefata conferri mandasset

Prudentes, honorabiles, circumspectiq. Viri .. Consilium, et .. Universitas Terre Clemone considerantes, et attendentes erectionem, concessionem, designationem, deputationem, ordinationem, et mandatum huiusmodi in maximum d. Matricis Ecclesie S. Marie de Clemona, eiusq. Plebani detrimentum, damnum, preiudicium, et dispendium processisse, et redundasse, procuraverunt tam in Romana Curia, quam alibi cum multis laboribus, maximisq. expensis, honereq. dicte Matricis Ecclesie, atq. sui, precibusque, et instantia maxima Ven.lis Viri D. P. Nicoluti Plebani Plebis Clemone, obtinueruntque a pref.o D. nro Papa pred.tam omnium modificationem, seu quandam constitutionem, et ordinationem Aplicam inter cetera sub hac forma videlicet

Quod de cetero institutio, et destitutio Rectoris dicte Ecclesie S. Andree ad Rectorem dicte Ecclesie S.

Marie

Marie de Glemona immediate, et libere deberent ... petuis futuris temporibus pertinere. et quod idem ... Ecclesie S. Andree rone partis quartesia nuncupat... ad medietatem pred.m vigintiquinque ducatos auri ann... tim dicto Rectori Ecclesie S. Marie solvere perpetuo ten... retur, propter que inter predictas Terrarum Glemone ... zoni Universitates multi ramores, odia pessima, lites, que... nes, scandala, controversie, differentie, et dissidia ... xerunt, et etiam majora, longeque peiora formidab... verisimiliter exoriri, sed divina opitulante clemen... per Nobilem et potentem: Comunitatem Civit... Austrie, seu Ven.lem Virum Dnum Johannem Decanum Civitaten. necnon honorabiles Viros ser Bernardum de Burgo Pontis, et ser Nicolaum Arizelum de Civitate Austrie ambos ad hoc per ipsam Civitatem Civitatis Austrie electos, et deputatos omnes tres Arbitros Arbitratores, amicabiles compositores, communes Amicos et bonos Viros Sententia per eos lata arbitraria omnia et singula suporadicta, sopita, sedata, et laudabiliter concordata fuere.

Qui quidem Dni Arbitri, Arbitratores, amicabiles compositores, et comunes Amici vigore compromissi per d. Terrarum Glemone et Venzoni Plebanos, et Universitates seu Sindicos, et Procures eorum in eos facti inter alia per eos composita, sententiata, arbitrata, mandata, et ordinata ubi videlicet da constitutio apostolica mandat, quod idem Rector Eccle S. Andree prefato Rectori Eccle S. Marie vigintiquinque ducatos auri in celebritate omnium Sanctorum solvere teneretur, sententiaver... voluerunt, laudaverunt, et arbitrati fuerunt, quod dic

tus

tus Plebanus Eccle S. Andree pro recompensa dicti census annuatim prima die mensis Aprilis vigintiquinque ducatos auri d. Plebano Ecclesie S. Marie de Glemona, eiusq. Successoribus, vel eorum Locumtenenti, seu ius habenti in ipsa Plebe perpetuo solvere teneatur. Ita tamen quod quandocunque inter d.m primam diem Aprilis, et Festum Assumptionis B. Marie Pleb.s Ecclesie S. Andree pred.e vel successores sui, vel . . Comunitas Venzoni dederint, et consignaverint eidem Plebano Glemone, vel Successoribus suis duas marchas de redditu ad usum Curie pref.s Plebanus Eccle S. Andree, Successoresque sui ab onere pred.o solvendi d.os ducatos auri exinde in antea perpetuo sint, et remaneant absoluti pro ut in quodam Pub.o Instr.o manu providi Nicolussij Notarij de S. Maria la longa in 1394 Ind.e 2. die 19 Decbris plenius, et latius continetur. Cumq. pro premissis omnibus, et singulis supra.tis et eorum occasione d.a Universitas Terre Glemone ad preces ut premittitur, et instantiam olim Pbri Nicolussi Plebani Glemone, ac pro bono, utilitate, et honore d.e Ecclesie, et Plebis sue S. Marie de Glemona tam in Romana Curia, quam in Patria Forijulij, et alibi expensas non modicas fecerit, et sustinuerit in pecunijs multum graves ascendentes videlicet ad summam mille septingentorum, et vigintiquinque ducatorum auri, et denar. Aquilegen. quindecim inter dictam Comunitatem, et d.m Plebanum diligenter visa, facta et calculata ratione exceptioni d.e rat.nis non facte, et diligenter calculate, ascendentisque ad d.m summam, omniq. alijs legum, et iuris auxilio omnino renunciando, et ipsas quidem expensas omnes, idem Dnus Pbr Nicolussius Ple:

bànus

banus suo et d.^e Ecclesie, seu Plebis predictis sue S. M... nominibus a principio d.° Consilio, et Universitati ... Glemone reficere, restituere, et emendare promi... et d.m Eccl.am, seu Plebem suam S. Marie ad ... nitus obligavit prout predicta omnia ibidem in pre... tia d.tor Provisorum, et Testium, et mei Notarij infr.ti ... per ipsum D. Plebanum, ac infrascriptum Gabrielem ... nium Terre Glemone dicebatur, asserebatur, et ... affirmabatur. Idcirco pref.s D. Nicolutus Plebanus vole... et intendens prefate Universitati satisfacere de pre... sis, ac reficere, et emendare pro posse, expensas predi... et aliunde, seu alio modo non valens nisi per mo... infrascriptum per se, suosque successores, ac vice, et nomine d.e Eccle, seu Plebis sue S. Marie omnibus modo, via, jure et forma quibus melius potuit, dedit, cessit, consignavit, transtulit, et mandavit provido Viro Gabrieli Munti... Massario horum, et Universitatis Terre Glemone pro ... ac vice, loco, et nomine dicte Universitatis Terre ... ne recipienti in solutum, ac pro solutione, satisfactio... et emendac.ne d.rum expensarum, seu d.rum 1124 ducator... et denar. 15. omne jus, omnemque actionem, ac ... omnesque actiones reales, et personales, utiles, et dire... mixtas, et pretorias, tacitas, et expressas eidem Pbro Nico- luto Plebano, eiusq. successoribus, et Plebi sue compe- tentes, et competentia quoquo modo in d.is 25 ducatis auri per d.m Plebanum Venzoni desendis ut prefert... et in dictis duabus Marchis de redditu ad usum Curie ..., et quando ipsas pro Recompensa d.i census 25 duc. auri dari, et assignari contigerit cum omnibus et ... connexis, et dependentibus, constituens d.m Gabrielem

Massarium

Masarium stipulantem ut supra Procur.^em in predictis
et Dominum ut in rem suam propriam, et ponens ipsum
in locum suum, et successorum suorum. Ita quod amodo Uni-
versitas Plemone actionibus, utilibus, et directis, tacitis,
et expressis, mixtis et pretorijs, ac civilibus uti valeat,
agere, experiri, excipere, replicare, prosequi, consequi, et
se tueri; dictumque jus percipiendi, et exigendi an:
nuatim ut premittitur d.^os 25 ducatos auri, seu dictas
duas Marcas de reddito ad usum Curie cum omnibus
juribus, et actionibus suis perpetuo habere, tenere, et
possidere, dare, donare, vendere, alienare, permutare,
obligare, in solutum dare, et quidquid eidem Coitati
Plemone perpetuo facere placuerit sine contradictione
d. Dom. Nicoluti Plebani, suorumque successorum, et
alterius cujuscumque persone. Et versa vice suprad.^s
Gabriel Masarius cum voluntate dictorum suorum Pro:
visorum, ac vice, loco, et nomine d.^e Coitatis facti primo
ut premittitur per d.^m D. P. Nicolutum Plebanum da:
tione, cessione, et consignatione prefatis, earumque
vigore, et occasione suprad. D. P. Nicoluto Pleb. pro
se, suisque successoribus, ac vice, loco, et nomine dicte
Ecclesie, seu Plebis sue recipienti fecit de dictis expen:
sis, seu prefatis 1125 ducatis auri, et denar. 15 per:
petualem, et gen.^lem finem remiss.^m, quietationem, liberat.^m
absolutionem, et pactum expressum de ulterius aliquid
non petendo, absolvens, et liberans d. Dom. Nicolutum
Plebanum ut supra stipulantem a predictis, omnibus, et
singulis occas.^e et vigore predictis per Aquilianam sti:
pulationem precedentem, et acceptilationem subse:
quentem legitime interpositas. Volens, atque Mandans
eas

oẽs et singulas promissiones, et obligationes per dict.
D. Plebanu alias factas pro emendat.e, et refectione d.
1725. ducator. auri, et denar. 15. esse innanes, ineffi
et nullius roboris, nec valoris. Promittentesque sibi
cem d.i D. Plebanus, et Gabriel Masarius hinc inde
bus supra nominibus supradict. dation. in solutum ce
sionem, translationem, consignationem, necnon
remissionem pactum, et omnia, et singula in noi
inserta perpetuis temporibus firma, rata, et grata
et tenere, et non contrafacere, dicere, vel venire per se
vel alios aliqua rañe, vel causa vel ingenio de jure
consuetudine, vel de facto sub pena dupli eius de quo
questio movetur minus quinque soldis Veron. parvorum
stipulat. in solidum premissa, qua soluta, vel non
maneant omnia et singula suprascripta. Itas reficere et
stituere sibi invicem oia, et singula damna, et exp.
ac interesse quod, vel quas una pars occasione alteri
sive culpa in judicio sustinuit, sive extra. Pro qui
omnibus, et singulis firmiter attendendis, et plenius
servandis supradict. Gabriel Masarius cum voluntate, et
licentia, ac mandato dictorum eius Provisorum obliga-
vit eidem Dño Pbro Nicoluto Plebano ut supra pro
se, et suis successoribus, ac vice, loco et nomine dicte
Ecclesie, seu Plebis sue supradict.a oia, et singula bona
d.e Coitatis mobilia, et imobilia, presentia et futura.
Et idem Dnus Pr Nicolutus Plebanus ut supra pro
se, et eius successoribus obligavit eidem Gabrieli Masario
stipulanti ut supra oia et singula sua, et dicte sue
Plebis bona mobilia, et immobilia, presentia et fu
tura.

Jac

Ego Henricus q.m Nicolai Ramoulini de Glemona publ.s Imp.lis auct.e Not.s suprad. õibus et singulis presens hui, eda. rogatus scribere, scripsi nomine, et signo meis ap= positis consuetis

Documentum premissum ex alio consimili autent.co existente penes Not. et R.mum D. Josephum Bini Archipresbiterum Glemonæ aliena mihi fida manu extraxi, et facta debita incontra= tione me in fide subscripsi. Ego Joseph Sporeno Q. V. A. dictæ Terræ Notarius

Die 25 Junij 1742

[illegible] 13 [illegible]

396 13 marzo

Nos Antonius dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha. Tenore presentium notum facimus universis et singulis presentes litteras inspecturis quod in nostra presentia constitutus, dilectus in christo filius frater [illegible] abbas monasterii sancti Galli de moco ordinis sancti Benedicti nostre Aquilegensis diocesis nobis humiliter supplicavit quod cum ex nostrorum bone memorie predecessorum concessione et liberalitate, ipse et monasterium suum habuit, et tenent, ab eisdem nostris Predecessoribus, et nostra ecclesia nostra plenum jus, plenumque dominium jurisdictionis et omnimoda jurisdictione temporali atque regalia, nec non merum et mixtum imperium in Canalibus videlicet [illegible] Besce et Cluse, atque eorum locis pertinentiis et confinibus, positis in dictis Canalibus, ab [illegible] montium, versus Venzonum, ubi currus mercatorum incipiunt ascendere viam montis, que Bocha de chars dicitur appellari, usque ad flumen Fontebo, inclusive, eundo versus Italiam, cum omnibus villis, locis, silvis, montibus, vallibus et pertinentiis positis infra confines hujusmodi, prout in privilegiis autenticis, concessionis hujusmodi, contineri dinoscitur evidenter. Eaque omnia a nobis, et a predicta nostra Aquilegensi ecclesia in rectum feudum et nobile recognoscens, more predecessorum nostrorum, dignaremur, de predictis Jurisdictionibus et regalibus, jurisdictionibus honore, dominio, ac mero et mixto imperio solemniter investire. Cujus supplicationibus justis et rationabilibus inclinati et advertentes fidelitatis constantiam ipsius abbatis, qui se ad honores et comoda nostra et predicte nostre Aquilegensis ecclesie, promptum exhibuit et sollicitum operibus indefessis eundem abbatem, et per ipsum, ejusque successores, nostrorum Predecessorum sequentes vestigia, coram nobis flexis genibus, humiliter acceptantem, solemniter de predictis omnibus investivimus per Gladium et Vexillum concessiones, largitiones, et investituras ~~predictas~~ factas per Predecessores nostros predictos

approb. nos

approbantes et liberaliter confirmantes, salvo iu
nostro nostre Aquilegensis ecclesie, et alterius cuiuscumque
. tarum sub nostri appensione sigilli testimonio litterarum
(Datum in castro nostro Utini die tertiodecimo Martij, Anno
Domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto Indic
tione quarta

Iohannes

1397 15 Jan.°

Antonius &c (Dei et Apostolice sedis gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha) Provido Johanni Thomasij de terra nostra Utini nostro fideli dilecto salutem, et gratiam nostram. Multiplicia tue fidelitatis servitia, que nobis hactenus solerter et fideliter adhibuisti, et exhiberi dante Domino per te speramus ferventius in futurum merito nos inducunt, ut tibi reddamur in exhibitione gratie liberales. Hinc est, quod nostre monete per Zenobium q.m Pauli de Florentia nostrum Monetarium cudende astare, ac diligenter et fideliter, prout nobis jurasti, eandem custodire valeas atque possis, super quibus fideliter faciendis tuam conscientiam honeramus, te spetialem et electum tenore presentium deputamus custodem, et idem custodie officium exercendi, et alia circa premissa faciendi, que antecessores tui custodes facere consueverunt, liberam per presentes auctoritatem concedimus et plenariam facultatem, volentes te omnibus Juribus, et salario gaudere, quibus alij custodes monete freti sunt a temporum curriculis retrohactis; presentibus usque ad voluntatis nostre beneplacitum duraturis. Harum sub nostri impressione sigilli &c. Datum in nostra Civitate austria die .xv.° Januarij. Anno Domini. M.° CCC.° lxxxxvij.° v.a Indictione.

Ex Codice inscripto- Registrum literarum Cancellarie. Rev.mi in Christo Pris et dni dni Antonij Patriarche Aquilegen. &c existente penes Nob. Dnum Antonium a Fortia.

1398 26 Jan.°

Antonius &c (Dei et Apostolice Sedis gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha) Dilecto nobis . . Potestati nostro Aquilegie, vel ejus vicesgerenti Salutem, et gratiam nostram. Cum, ut ex cura nobis commissi regiminis perurgemur, teneamur res illicitas, et indebitas reprimere, ipsasque reducere ad debiti, et liciti regulam, atque formam, Monetaque nostra adeo ascenderit quod expendi non valet, nec per consequens amplius cudi potest. Habito colloquio in nostro generali Parlamento, et in consilijs parlamentorum, quamvis ad hoc non teneamur, nisi ut eis tanticulum patefieret, Volumus tibique, ipsis Parlamento generali, et consilijs Parlamentorum nos ad hoc confortantibus, sub obtentu gratie nostre stricte precipimus et mandamus, quatenus statim receptis presentibus in Civitate nostra Aquilegie in locis consuetis publice, et alta voce preconia facias proclamari, quod nullus pro mercimonijs, vel alio quovis modo Ducatum aureum audeat expendere ultra quam pro septuaginta octo denarijs nostre Aquilegensis monete: Nec aliquis Campsor, vel alius audeat eumdem vendere ultra pretium supradictum sub pena Viginti denariorum pro quolibet Ducato, Cujus pene medietas cedat tibi, et reliqua medietas accusanti, et tenebitur in secreto. Premissa ita sollicite faciens et diligenter quod de segnitie a nobis non possis redargui, vel puniri. Datum in nostra Civitate austria sub nostri impressione sigilli. Anno Domini Millesimo trecentesimo Nonagesimo octavo. Die. xxvj. Januarij. vj.ª Indictione.

In eadem forma Vicecapitaneo Venzoni.
In eadem forma Capitaneo Sacili.
In eadem forma Capitaneo Portusgruarij.
In eadem forma Gastaldioni Carnee.

Ex Codice inscripto = Registrum litterarum Cancellarie Revmi in Christo Pris et dni dni Antonij Patriarche Aquilegen &c. existente penes Nob. Dnum Antonium a Fortia.

1398

In Christi nomine Amen. Nos Antonius &c (Caietanus Dei, et Apostolice Sedis gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha) Tenore presentium notum facimus universis, quod cupientes more predecessorum nostrorum Patriarcharum Aquilegensium certam bonam et laudabilem dispositionem fabricationis sub nostro nomine denariorum, et monete nostre Aquilegensis diligenter intendere, de fidelitate probitate, et solicitudine discreti viri magistri Zanobij q.m Pauli de Grazeto de Florentia de cujus virtute et fama fide dignum atque laudabile, rerum magistra etiam docente experientia, testimonium perhibetur, plenam atque precipuam fiduciam obtinentes, eundem Magistrum Zanobium super moneta nostra legaliter et fideliter fabricanda, et cudenda hujusmodi officialem nostrum atque magistrum constituimus, fecimus, et creavimus, ac tenore presentium facimus, et creamus sub modis, pactis, et conditionibus infrascriptis. Primo videlicet quod denarij seu moneta nostra fabricanda, seu cudenda hujusmodi retinere debeat pro quolibet Marco Uncias argenti fini quatuor et mediam, de qua moneta debet fieri sagium in pondere, et in igne, quod sagium de Marco uno in pondere et quarterio uno uncie in igne esse debet; et dictum quarterium reddere debet de Argento fino grana octuaginta, et medium, vel ab inde supra., et in quolibet Marco ponderis esse et computari debeant denarij ducenti octuaginta, scilicet denarij triginta quinque pro qualibet uncia, vel ab inde infra, qui si sic reperiantur, approbentur boni, Si vero aliter reperiantur quam superius est expressum tunc fundi, et poni ad ignem debeant, et meliorari. Item directari seu adequari debeant ipsi denarii taliter quod nequeant bulzonari, et quilibet denarius valere debeat parvulos quatuordecim, et pro tanto expendi: sed quoqua modo expendi non debeant, nisi primitus facto sagio in pondere et in igne, ut est superius declaratum; et fieri debeat publica proclamatio ad requisitionem dicti magistri monetarij nostri de mandato nostro in terris, et locis nostris consuetis, quod quilibet in foro, cambio, et mercationibus quibuslibet recipere debeat monetam nostram hujusmodi ad rationem parvulorum quatuordecim pro quolibet denario sub pena unius Marche denariorum a contrafaciente quolibet quotiens contra factum (sup. fuerit) exigenda.

Cujus pene tertia pars nobis seu camere nostre, Tertia dicto magistro Zanobio, et Reliqua tertia accusanti debeat applicari. Item debeat, et teneatur idem magister Zanobius nobis pro regalibus nostris solvere pro quolibet Marco ponderis per ipsum, vel fabricatores suos fabricando bona fide et sine fraude denarios dicte monete octo. Nec ultra hujusmodi fabricationem monete aliquid teneatur, quam tamen monetam usque ad infrascriptum duorum annorum terminum fabricare teneatur, et debeat pura fide, ut premittitur, et sine fraude; et Regalia hujusmodi teneatur, et debeat idem magister nobis in prompta pecunia statim solvere pro illa quantitate, que primitus cusa seu fabricata extitit, residuum vero de tribus in tres menses a die cussionis, seu fabricationis predicte computandos similiter pro illa quantitate, que infra ipsius temporis spatium extiterit ut premittitur fabricata. Si vero contigerit eundem magistrum Zanobium impedimenti monetam hujusmodi operari non posse, tunc nil sibi per nos de negligentia in hac parte valeat imputari. Item teneatur et debeat annis quolibet incisori ferrorum Ducatos Quadraginta, et superstanti, seu custodi monete fabricandi hujusmodi pro ejus expensis Ducatos sedecim, prout extitit retroactis temporibus consuetum. Nos autem solvere debemus sazatori, et superstanti sive custodi predicto similiter juxta morem, pro rata nichilominus temporis, in quo ipsa moneta fuerit fabricata, quos quidem officiales more predecessorum nostrorum ad beneplacitum, et voluntatem nostram eligere, et deputare debemus, et idem superstans sive custos retinere debeat unam clavim capse, sive loci ubi servabuntur ferramenta et moneta predicta, donec factum fuerit sagium de eadem. Item providere debeamus et debemus, quod argentum, seu bulzonum de argento hujus nostre patrie non extrahatur de Patria, sed remaneat, et ipsi magistro assignetur sub pena amissionis ipsius Argenti, Cujus pene tertia pars nobis, seu Camere nostre applicetur, tertia ipsi Magistro, et reliqua tertia accusanti, eo casu, quo aliquis contrafaceret ut alias in talibus similiter est servatum. Item debeat, et debet idem Magister fabricare, seu fabricari facere monetam parvam scilicet parvulos, de quibus sint in quolibet Marco ponderis de Argento fino tria

quartenia

quarteria uncie, et de ipsis parvulis sint numero parvuli Mille ducenti computando pro qualibet uncia parvulos centum quinquaginta et fiat sagium in igne de quarterio uncie uno in quo esse debeat de Argento fino carrati tres cum uno tertio carrati et si sic vel plus reperiatur, tunc ipsi parvuli pro bonis habeantur Si vero minus inde reperiretur, tunc prefati parvuli fundi, et destrui debeant et meliorari, et insuper si reperiantur ad numerum duo vel tres parvuli plus vel minus dumtaxat pro uncia, tunc approbari et expendi debeant ad rationem parvulorum quatuordecim pro denario quolibet, et si ultra tres reperirentur in ipso numero tunc fundi debeant, et meliorari ut supra et sic promisit teneatur et debeat idem magister noster monete nobis pro regalibus nostris solvere pro Marco quolibet ejusdem monete parvulorum ad pondus pro illa scilicet quantitate quam operabitur, seu operari faciet bona fide denarios Aquilegenses quinque in terminis supradictis. Item deputare debeamus, et debemus ipsi Magistro Monetario nostro aliquos viros ad hoc ydoneos, qui ad requisitionem suam intersint sagijs monetarum predictarum, quando fient taliter quod si ipse monete approbate fuerint per deputatos predictos, tunc liber sit a nobis, et officialibus omnibus nostris de monetis nostris hujusmodi cunis et approbatis. Item sumus contenti, quod idem magister monete nostre predicte habere debeat, et habeat in terra nostra Utini, vel alibi ubicumque nobis placuerit domum sibi competentem ad fabricationem monetarum nostrarum hujusmodi pro censu annuo condecenti nostris sumptibus et expensis, et hoc usque ad duos annos proximos venturos a die datarum presentium inchoandos, ad quem terminum fabricationem monetarum hujusmodi sibi concessimus, et tenore presentium concedimus sub pactis et conditionibus supradictis. Item teneamur et debeamus assecurare, et securos facere dictum magistrum Zanobium, et omnes de familia sua, ita quod cum eorum argento, et mercationibus ire, stare, et redire valeant per Civitates, terras, et loca nostra quecumque, necnon per totum nostrum dominium, et districtum libere et secure, in quibus portans argentum vel bolzonum dicto magistro Zanobio ad ejus fabricam possit ire, stare, et redire

secure et libere per totum nostrum Dominium supradictum non obstantibus aliquibus represalijs, vel alia causa quacumque, dumodo non sint predones publici, vel banniti, aut rebelles nostri, nostreque Aquilegensis ecclesie manifesti. Que quidem omnia, et singula pacta, conventiones, et alia suprascripta per nos, ac vice et nomine nostre Aquilegensis ecclesie promittimus rata et firma habere, ac inviolabiliter observare, et e converso dictus Magister Zanobus monetarius noster pro se suisque heredibus in nostris manibus similiter promisit, seque realiter, et personaliter obligavit jurans ad hoc corporaliter ad sancta Dei evangelia de observando, et de adimplendo omnia, et singula supradicta fideliter et effectualiter versa vice. Harum sub nostri appensione &. Datum in Castro nostro Utini die tertio Maij Anno Domini Millesimo Tercentesimo Nonagesimo octavo: Indictione VJ.ª

Johannes Susana subscripsit. H. R.

Nos Antonius &. Tenore presentium notum facimus Universis quod cum providum magistrum Zanobium q.^m Pauli de Grayzeto de Florentia ad fabricandum novam monetam nostram Aquilegensem sub certis pactis, et conventionibus probitatis, laudabiliumque suarum virtutum meritis exigentibus noviter susceperamus, inter quas conventiones et pacta inter cetera cavetur, et exprimitur, quod sagium ipsius nostre monete fieri debeat in pondere et in igne, scilicet de Marco uno in pondere, in quo Marco computari, et esse debeant Denarij ducenti octuaginta, et medium, videlicet denarij triginta quinque pro uncia, vel ab inde infra, et de quarterio uno uncie in igne, quod quarterium uncie reddere debet de argento fino grana octuaginta et medium, vel ab inde infra, prout hec et alia nostris alijs literis nostro pendente munitis sigillo plenius atque seriosius continetur. Nos attendentes in hac parte causas justas et rationabiles, et potissime notoriam penuriam Auri videlicet Ducati, qui per nostram Patriam communiter valet ad presens denarios octuaginta, et sic valuit a pluribus mensibus citra, et propterea indempnitati dicti magistri Zanobij, qui aliter monetam nostram hujusmodi absque gravi dampno cudere, et fabricare non

posset

posset, subvenire volentes eidem magistro Zanobio licentiam conce=dimus per presentes cudendi, et fabricandi monetam nostram prefatam, ita quod non obstante pacto ut superius declarato, si reperiantur in Marco ponderis denarij ducenti octuaginta octo, vel ab inde infra, et quarterium uncie reddat de fino argento grana septuaginta octo, vel ab inde supra, continue ipsa moneta reputetur bona, et debeat approbari. Si vero aliter reperiatur tunc ipsa pecunia poni ad ignem iterum debeat, et meliorari. Harum sub nostri appensione &c. Datum ut supra.

Jo. theotj. scripsit. Johannes Susana subscripsit

Heinricus R.

Antonius &c. Dilecto fideli, et familiari nostro Magistro Domico Aurifabro de terra nostra Urini Sazatori, et incisori ferrorum nostre monete. Salutem et gratiam nostram. Nosti qualiter fabricationem nostre monete provido Magistro Zanobio de Florentia sub certis conventionibus, et pactis commisimus, inter que conventiones et pacta inter alia continetur, quod sagium ipsius nostre monete debeat fieri in pondere, et in igne; scilicet de Marcho uno in pondere, in quo Marcho computari et esse debeant Denarii CClxxx, et medium, videlicet Denarij xxxv. pro uncia vel ab inde infra, et de quarterio uno uncie in igne, quod quarterium uncie reddere debet de argenti fino grana octuaginta, et medium et ab inde supra, prout hec, et alia in nostro privilegio desuper confecto latius continentur. Et considerantes in hac parte causas iustas et rationabiles, et precipue notoriam penuriam auri, videlicet ducati, qui communiter per hanc nostram Patriam valet denarios octuaginta, et sic valuit a pluribus mensibus citra in grave dampnum Magistri Zanobj prefati quo considerato monetam nostram prefatam fabricare non potest, duximus ejus indemnitati cum certo infrascripto remedio providere et sic providimus, ac eidem per alias nostras literas nostro pendente munitas sigillo licentiam concessimus cudendi, et fabricandi nostram monetam predictam. Ita quod non obstante pacto superius declarato si reperiantur in Marcho ponderis denarij ducenti octuagintaocto, vel ab inde infra,

et quarterium unum uncie reddat de fino argento grana septuaginta octo, vel ab inde supra, continue ipsa moneta reputetur bona, et debeat approbari. Si vero aliter reperiatur, tunc ipsa pecunia poni ad ignem iterum debeat, et meliorari. Quare tibi presentibus seriose precipimus, et mandamus, quatenus non obstante dicto pacto primo superius declarato debeas ipsam monetam nostram juxta moderationem per nos factam, et eidem concessam licentiam approbare, videlicet quod si repereris, ut prefertur in Marco ponderis denarios ducentos octuaginta octo, vel ab inde infra, et quarterium uncie reddat de fino argento grana septuaginta octo, vel ab inde supra continue monetam ipsam approbes, et reputes bonam. Si vero aliter reperies, eandem iterum poni ad ignem mandes et meliorari; et sic volumus per te, et precipimus observari. Harum sub nostri impressione &c. Datum in nostra Civitate austria die XVIIIJ. Maij. Anno, et Indictione quibus supra.

Jo. Susana scripsit. Heinry R.

Antonius. &c. Provido Johanni Valisano de Florentia nostro familiari dilecto Salutem, et gratiam nostram. Multiplicia tue fidelitatis obsequia, que nobis hactenus solerter, et fideliter adhibuisti, et exhiberi dante Domino per te speramus ferventius in futurum, merito nos inducunt ut tibi reddamur in exhibitione gratie liberales. Hinc est quod nostre monete per providum Zanobium q.m Pauli de Florentia Magistrum monete nostre prefate cudende astare, ac diligenter, et fideliter prout nobis jurasti eamdem custodire valeas atque ponis, super quibus fideliter faciendis tuam conscientiam oneramus, te specialem, et electum tenore presentium deputamus custodem, et idem custodie officium exercendi, et alia circa premissa faciendi, que antecessores tui custodes facere consueverunt liberam per presentes auctoritatem concedimus, et plenariam facultatem, Volentes te omnibus juribus, et salario gaudere, quibus alij nostre monete custodes freti sunt a temporum curriculis retroactis: Presentibus usque ad voluntatis nostre beneplacitum valituris. Harum sub nostri appensione &c. Datum in Castro nostro Utini Die Primo Maij Anno Domini Millesimo

Trecentesimo

Trecentesimo Nonagesimo octavo. sexta Inditione.

Johannes Susana scripsit Hein. R.t

Ex Codice inscripto: Registrum litterarum Cancellarie Rev.mi in Christo Pris et dni dni Antonij Patriarche Aquilegen. &c. existente penes Nob. Dnum Antonium a Fortia.

M. CC. LXXXVIIJ. Indictione Prima.

Die quartodecimo intrante Junio. Presentibus Sabadino de Verde rosa. Donadusio stationario Civitatis. Leonardutio filio dñe Agnetis rogatis testibus, et alijs. Raynardus filius quondam Museti de brayda contentus fuit se emisse, et integre recepisse a Bertholdo Selencha unum runcinum rubeum cum omnibus magagnis aparentibus, et latentibus pretio, et foro unius Marche, et viginti denariorum Aquilegensis monete, quos denarios promisit solvere usque ad proximum festum sancti Michaelis nunc venturi, sub pena. XL. denariorum dicte monete. pro quibus omnibus observandis dictus Sabadinus fidejussit in parte, et toto & ce. Et si exercitus iret, quod non possit vendi pignus, fuerunt in concordia quod possit ipsos denarios dictus Creditor accipere ad usuram super ipsos fidejussorem, et debitorem, et promiserunt solvere usuram pro dicto Creditore & ce. Cartam facere cum omni meliovamento & ce. Actum in statione Colini Bonfigloli, et Pantaleonis sociorum. Cancelavi de mandato Leonardutij predicti qui dixit, quod erat factum suum.

Ex Protocollo Raynerij de Montebelluna existente in Archivio Collegij Notariorum Utinensium.